(⁊ coanguſtabũt te vndiqꝫ). ſ. cõcludendo ⁊ ꝓhibendo introitũ ⁊ exitũ ⁊ introductiõꝫ victualiũ ⁊ armoꝝ. Uñ Joſephꝰ dicit ꝙ ꝑ anguſtia famis mulieres pueros ꝓprios comederunt (⁊ ad terrã ꝓſte) Capta eñi ciuitate turres ⁊ muros dirue runt ⁊ cuncta edificia eiecerũt ad terrã (⁊ filii. tu. q̄ in te ſunt) Hoꝛra. i. habitatoꝛes tuos aliq̄s occidendo, aliquos captiuando. (et nõ relinquent in te lapidẽ ſup lapidẽ). ſ. fũditus euertendo. hoc iam patet ad oculũ. qꝛ ſepulcruꝫ xp̃i qđ olim erat extra ciuitatẽ iam eſt in medio ciuitatis. (eo ꝙ non cogno. tp̃s viſitatiõis tue). ſ. quo creatoꝛ oĩm per incarnatiõis myſteriũ ⁊ per ꝑ̃dicationis officiũ te viſitare dignatꝰ eſt quẽ nõ recepiſti: ſed vſqꝫ ad mortẽ ꝑſecutus fuiſti. Sciendũ ꝙ miſericoꝛs deꝰ nõ ſtatim punit homines cum peccant: ſꝫ ꝓlongat ipſis vitã ꝓpter emendã. Sicut homo cum videt foꝛamen in ſotularibꝰ vel in veſtimentis ſuis. non ſtatim eos ꝓijcit ſed facit eos refici quouſqꝫ nõ ſit amplius ſpes de reparatione ipoꝝ. Sic dñs ieſus xp̃s nõ ſtatim puniuit hierl'm: ſꝫ q̄dragintaduos annos ꝓtraxit. ſꝫ qꝛ inuenit eam incoꝛrigibilẽ tunc ꝑmiſit eam deſtrui a romanis ꝑ̃ncipibꝰ. ſ. tyto ⁊ veſpaſiano (⁊ ingreſſus in templũ) ⁊ hoc ꝓpter noſtrã inſtructionẽ. Uñ Chriſ. Tu chriſti imitatoꝛ factus cũ ingreſſus fueris aliquã ciuitatẽ ante omnẽ actũ ad eccl'iam curras: qꝛ ꝓpriũ boni filij eſt vt veniens pꝛimo currat ad domũ patris (cepit eijcere vendentes ⁊ ementes) Ly. Nã ſacerdotes ꝓpter cupiditateꝫ ⁊ auariciã ſuam in pꝛimo atrio templi fecerũt tria loca venalia vt aduenientes ſi nõ haberent vnde quid offerrent inuenirent ibi ad emendũ Et ſi aliqui nõ haberent emerent poſuerũt ibi numularios a quibꝰ acciperent mutuo pecuniã. Sed q̄ritur hic quare nõ reſtituerit xp̃o. Rñdet Ly. ꝙ ex oculis eiꝰ ⁊ facie exibat quidam fulgoꝛ terrens eos ita ꝙ ñ audebãt reſiſtẽ: ſicut etiã ĩ voce ſua terruit eos q̄ veniebant ad capiendũ eũ q̄ cũ audirent ip̃m dicentẽ ego ſum: ⁊ abierunt retroꝛſum ⁊ ceciderunt in terrã. vt habet Joh. xviij. In voluntate xp̃i erat oñdere infirmitatem aſſumptã. ⁊ etiã ſue diuinitatis virturẽ (dicens ill' ſcriptũ eſt ei) Eſa. lvi. (domꝰ mea) Hoꝛ. id ẽ meo cultui dedicata. In q̄bus v̾bis oñdit ſe eſſe deũ: qꝛ templuꝫ ſolius dei eſt (domus oꝛatiõis eſt) nõ domꝰ negociationis: nõ vane locutõis: nõ ſpectaculoꝝ. Et iõ dicit Auguſtinus in regula in oꝛatoꝛio nẽo aliquid agat niſi ad quod factũ eſt vnde ⁊ nomẽ accepit (vos aũt feciſtis illam ſpeluncaꝫ latronum) qꝛ ipſi non curabant de cultu dei: ſed de excoꝛiatõne populi ꝑ aſtutias exq̄ſitas. Spelunca aũt latronũ dꝛ eẽ locus vbi ſpolia que rapiunt̃ ponunt̃: ⁊ hoc fecerunt ſacerdotes de templo vt iam dictum eſt (⁊ erat docens quotidie in templo) Unde Greg. Redemptoꝛ noſter nec indignis nec ingratis ꝑ̃dicationis v̾ba ſubtraxit. In hoc dat nobis exemplũ pꝛedicandi. Notandũ ꝙ illi ad quos pertinet vt ꝑ̃dicent frequenter debent ꝑ̃dicare: ⁊ q̄ hoc negligunt multas cõminationes que habent̃ in ſacris ſcripturis ſcḋm Guil. incurrũt. vñ Ezechi. xxxiij. Si dicẽte me ad impiũ. impie moꝛte moꝛieris et non annunciaueris nec locutꝰ fueris vt ſe cuſtodiat impius a via ſua ipſe impiꝰ in impietate ſua moꝛiet̃ ſanguinẽ eiꝰ de manu tua requiram. vñ Eſa. vi. Ue mihi qꝛ tacui: quia vir pollutꝰ labijs ego ſum Itẽ. i. ad Coꝝ. ix. Ue mihi eſt ſi nõ euãgelizauero vobis. Circa p̃ñs euangelium vbi dicit̃. Uidens ieſus ciuitatem fleuit ſuper eam. Notandum ꝙ vt ex ſcriptura haberi poteſt quadruplex eſt fletus xp̃i.

quí ſignat quadruplicē fletuȝ quē in hac vita habere debem⁹. Prim⁹ eſt fletus in fantie ſicut de xp̄o canitur. Uagit infans inť arta poſit⁹ p̄ſepia. vñ Sapiē. vij. Similē vocē oīb⁹ emiſi plorans q̄ ſignificat fletū quē debemus habere p incolatu p̄ńtis miſerie. Uñ Auguſti. Puer q̄ naſciť a plorati icipit nec ridere pōt ſtatim natus plorat p pheta ſue calamitatis Scd̄s eſt flet⁹ quo fleuit ſup lazarū ad vitā eū reuocando: q̄ ſignificat fletū quē hr̄e debemus pro patrie dilatione. vñ pš. cxix. Heu mihi qꝛ incolat⁹ meus plongat⁹ ē. Terci⁹ eſt fletus q̄ fleuit ſup ciuitatē hierl'm in die palmarū. q̄ ſignificat fletū quē hr̄e debem⁹ p cōpaſſione miſerorū. vtȝ Hiere. ix. Quis dabit capiti meo aquā et oculis meis fontē lachrymarū ⁊ plorabo die ac nocte interfectos filie populi mei. Uñ etiā. ij. ad Cor. xi. Quis infirmať et ego nō infirmor: q̄s ſcandalizať ⁊ ego nō vror. Quart⁹ ē fletus q̄ fleuit in cruce vt pȝ ad Hebre. v. Cū clamore valido ⁊ lachrymis offerens exaudit⁹ eſt p ſua reuerētia: q̄ ſignificat fletū quē habē debem⁹ in cruce penitētie ex cōpunctione pctōꝝ. Unde pš. vi. Lauabo p ſingulas noctes lectū meū. i. cor meū ⁊ faciē aīe mee. Sic fleuit ⁊ lauit magdalena ⁊ mūdata ē Lu. vij. Sic fleuit ⁊ lauit petrus pctm̄ ſuū vt pȝ Lu. xxij. Egreſſus foras fleuit amare. amare.

## Dñica vndecima p⁹ octauas penthe. Euangeliū ſꝫm Lucam. xviij.

**In illo tempore** Dixit ieſus ad quoſdā q̄ in ſe cōfidebāt tāq̄ȝ iuſti ⁊ aſpnabanť ceteros pabolā iſtā Duo hoīes aſcēdebāt in tēplū vt orarent. vn⁹ phariſeus alter publican⁹. Phariſeus ſtans hec apud ſe orabat. deus gratias ago tibi.

d Dixit ieſus ad q̄ſdā qui ⁊c̄. Luce xviij. Hyſtoria hui⁹ euāgelij dixit dñs Anno ei⁹. xxxiij. kal. aprilis. dñica. luna. x. inditōe. vi. Uñ initiū illius euāgelij ſcribit ſctūs Lucas in eo. cap̄. q xp̄s dixit pabolā iſtā. Judex quidā erat ī quadā ciuitate qui deum nō timebat ⁊ hominē nō reuerebať. Uidua autē q̄dā erat in ciuitate illa ⁊ veniebat ad eum dicens Uindica me de aduerſario meo ⁊ nolebat p multū tēpus poſt hoc dixit intra ſe et ſi deū nō timeo nec hominē reuereor tamē quia moleſta ē mihi hec vidua vindicabo illā. ſcȝ faciendo ei iuſticiā ne in nouiſſimo veniens ſugillet me. i. ſuffocet me tediosis clamorib⁹. Lucanus. Item ſugillare. i. ſuffocare ſtrangulare cōdēnare. Tūc poſt modū ſequiť euangeliū hodiernū (Dixit ieſus ad quoſdā qui ī ſe cōfidebant). i. ſuis meritis (tanq̄ȝ iuſti) cum tn̄ iniuſti. qꝛ humilitatem nō habebāt ſine q̄ nullus ē iuſt⁹ (⁊ aſpernabanť ceteros) quia nō attendebant illud. Eſaie. xxxiij. Ue q̄ ſpernis nōne ⁊ ipſe ſperneris (duo hoīes aſcenderūt in tēplū) Ly. q̄a ad litterā tēplū erat in alto ſitū. ſcȝ in monte moria. vt hr̄. ij. Parali. ij. (vt orarēt) nō ad confabulandū nō ad mulieres videndum (vn⁹ phariſeus) Hor. i. apparēs iuſtus. Phariſei eñ diſtinguebāť ab alijs in habitu in obſeruantijs ⁊ cultu religionis pp̄ter qd̄ dicti ſunt phariſei. id eſt diuiſi ab alijs hominibus (⁊ alter publicanus) id eſt publicis negocijs intentus q̄ de cōmuni curſu implicant ad peccatum. (phariſeus ſtans) Hor. ecce ſuperbia. cū tamen deberet flectere genua. vel aliquo alio modo ſe inclinare (hec apud ſe orabat) Lyra. Iſte phariſeus pp̄rie non orauit. ſed magis ſe iactabat dicens (de⁹ gratias ago tibi) Hor. Male incepit iſte phariſeus oratiōnē ſuam debuit eñ incipere in ſui accuſationē. ſꝫm illud Prouerbiorū xviij. Juſtus in principio accuſator ē ſui. In medio ſupplicare ⁊ orare. Et ī fine gratias agere. ſicut facit ſacerdos ī miſſa ſua Primo enim accuſat ſe in generali confeſſione dicendo. Confiteor. Secūdo deum ſuppliciter deprecatur multiplici oratione. Et vltimo deo regratiatur in gratiarūactione: cum dicit. Ite miſſa eſt. vel Benedicamus domino. Deo gratias.

D

qꝛ nõ sũ ſicut ceteri hominũ
raptores.iniuſti. ⁊ adulteri
velut etiã hic publicanꝰ. Je
iuno bis ĩ ſabbato.decimas
do omĩũ q̃ poſſideo Et pub
licanus a lõge ſtãs nolebat
nec oculos ad celũ leuare.ſ;
ꝑcutiebat pectus ſuũ dicẽs.
Deus ꝓpiciꝰ eſto mihi pec
catori. Amẽ dico vobis de/
ſcendit h̄ iuſtificatus in do/
mũ ſuã ab illo qꝛ omnis q̇ ſe
exaltat humiliabiť. ⁊ qui ſe
humiliat exaltabiť.

Dominica duodecima pꝰ
octauas penthe. euangeliũ
ſm Marcũ. vij.

(quia nõ ſum ſicut ceteri hominũ) quaſi
diceret ſolus iuſtꝰ ſum. oẽs ceteri pecca/
tores (raptores iniuſti et adulteri) Hor.
raptores eñ ſunt qui ꝓximoꝝ ſuoꝝ ſub/
ſtantiã rapiunt. Iniuſti qui ꝑſonas eorũ
ledunt et comprimũt.
Adulteri q̇ vxores ꝓxi
morũ polluunt (velut
etiaꝫ hic publicanus)
quẽ iudicat ⁊ cõdẽnat
Poſt h̄ enumerat bo/
na ſua dicẽs (Jeiuno
bis in ſabbato).i.eb/
domada q̃ apud iude/
os tota denominabať
a ſabbato tanq̄ a die
digniori (decimas do
omniũ que poſſideo)
Lyra. phariſei de mul
tis decimas dabãt: vt
de mẽto de aneto ⁊ de
cimino. vt pꝫ Mathei
xxiij. ad qꝺ nõ tenebã/
tur vt ceterꝭ iuſtiores
apparerent (ſ; publica
nus a longe ſtans) Ly
ra. ecce dei timor qua/
ſi nõ eſſet dignꝰ ad al/
tare appropinq̄re (no/
lebat nec oculos ad ce
lum leuare) Ecce pu/
dor qꝛ ꝓpter peccata ſua nõ audebat celũ
reſpicere (ſ; ꝑcutiebat pectus ſuuꝫ) Ecce
dolor ꝺ peccatꝭ cõmiſſis (dicẽs deꝰ ꝓpitiꝰ
eſto mihi peccatori) Ecce vera ⁊ pura cõ/
feſſio. et iſta iã dicta ſufficiũt ad remiſſio/
nem peccatoꝝ: ideo ſequiť (Amen). i. ve
raciter (dico vobis deſcendit hic) ſcꝫ de
tẽplo dei qꝺ erat in monte (iuſtificatus)
ſcꝫ de impio factꝰ iuſtus ꝑ gratiã ⁊ miſe/
ricordiã dei: quia deus humilibꝰ dat gra
tiam (in domũ ſuam ab illo) ſcꝫ phariſeo
ſuperbo cuius ſuperbia corrũpebat om/
nia bona opera eius. Unde Auguſtinus
Superbia etiam bonis operibus inſidia
tur vt pereant (quia omnis qui ſe exaltat
Lyra. per ſuperbiam (humiliabitur) per
penam (⁊ qui ſe humiliat) per veram con
feſſionem peccatorũ (exaltabitur) in glo
ria per remuneratiõẽ. Sicut eñ in ſtate
ra materiali vna parte depreſſa, altera ele
uatur: ⁊ econuerſo. Sic in ſtatera diuine
iuſticie decretum eſt vt qui eleuantur per
ſuperbiam in vita preſenti deprimantur
per penam confuſibilem in vita futura et
econuerſo. Qui ſponte humiliant in pre
ſenti ꝓpter deum. in fu
turo ad gloriam eleua
buntur. Circa pre/
ſens euangeliũ vbi di
citur. Deus propitius
eſto mihi peccatori.
Notanduꝫ q̇ quilibet
peccator debet ꝑ poſſe
laborare vt penitentiã
veram agat in preſen/
ti vita. Primo ꝓpter
acerbitatem ignis pur
gatorij. quia ignis ille
eſt idem cum igne in/
fernali ſm Thomã de
aquino. Unde etiã ſan
ctus Gregoriꝰ in quar
to dyalogoꝝ capi. xlv.
In eodem igne purga
tur electus ⁊ detinetur
damnatꝰ. Unde magi
ſter ſententiaruꝫ libro
iiij. diſt. xliiij. capi. vi.
Illa pena eſt grauior
omnibus alijs. Exce/
dit eñ omnẽ penam vi
te preſentis etiã quã paſſi ſunt martyres.
Secũdo ratione diuerſitatis penarũ. qꝛ
ibi ſũt pene diuerſe ſm diuerſitatẽ pecca
torũ eſt ibi ⁊ penarũ modꝰ. Nã pro mẽſu
ra peccati erit ⁊ plagarũ modus Deuť. vi
ceſimoquĩto. Tertio rõne diuturnitatis.
quia ibi annus ꝓ die cõputať. Unde Eze
chielis quarto. Diem pro anno dedi tibi
diem ſcꝫ in p̄ſenti tempore. ꝓ anno ſcili/
cet in futuro. Quarto rõne infructuoſita
tis. qꝛ illa pena nõ valet ad meritũ: ſed ſo
lũ ad ſatiſfactionẽ ⁊ eſt inuolũtaria. Pe
na aũt in vita p̄ſenti eſt volũtaria ⁊ meri/
toria. Quinto ratione dãnoſitatis. qꝛ q̄/
diu aĩa eſt in pena caret gloria. Modo
retardari a gloria excedit om̃em penã vi/
te preſentis. ⁊ preſertim in talibus q̇ niſi
eſſet adhuc pena illa ꝑſoluẽda ſtatim deũ
viderẽt qꝛ tales ĩ gratia moriunť. ⁊ nihil
impedit. quãdo quis in gr̃a dei ab hac vi

ta decedit:niſi ſolutio pene ꝓ peccatis ꝓ
quibꝰ hic non plene ſatiſfecit ꝛc. Unde
Hume. Nanqꝫ enī a quoqꝫ dei facies vi-
debitur donec ꝑ penā venialiū peccatorū
quadrans minimus perſoluatur.

N illo tempore
Exiens ieſus de finibus ty-
ri venit ꝑ ſydoneʒ ad mare
galilee īter medios fines de
capoleos. ⁊ adducūt ei ſur-
dū ⁊ mutū ⁊ deprecabantur
eū vt imponat illi manū. et
apprehendens eū de turba
ſeorſum miſit digitos ſuos
in auriculas eius ⁊ expuēs
in terrā tetigit linguā eius.
Et ſuſpiciēs in celū ingemu
it ⁊ ait. Effeta. qđ eſt adape
rire. Et ſtatim aperte ſūt au
res eiꝰ ſolutū ē vinculū lin-
gue eiꝰ et loquebatur recte.
Et precepit illis ne cui dice
rent. quāto aūt eis precipie
bat tanto magis plus predi

e Xiens ieſus d
finibꝰ tyri ꝛc.
Marci ſeptio
Matei.xv. Hoc ſignū
fecit dominꝰ ieſus cri
ſtus Anno eius.xxxi.
xij kal. decēbris feria.
v. luna. xvij. inditione
iiij. Ante initiū preſen
tiſ euāgelij ſcribit mar
cus. c. vi. ꝙ vbicūqꝫ do
minus ieſus introibat
in vicos vel in villas
aut in ciuitates in pla
teis ponebāt infirmoſ
et deprecabant̄ euʒ vt
vel fimbriā veſtimenti
eius tangerēt ⁊ quot-
quot tangebant eū ſal
ui fiebant. Poſtmodū
ſequit̄ euangeliū ho-
diernū (Exiens ieſus
de finibus tyri venit ꝑ
ſydonem ad mare gali
lee) Ly. tyrus ⁊ ſydon
ſūt quedā ciuitates ſi-
te in terra ꝓmiſſionis
ꝓpe montē libani Ma
re galilee eſt quidā la-
cus per quē tranſit ior
danis (inter medios fines decapoleos)
Unde Jaco. Decapoleoſ eſt regio decem
vrbium trans iordanē ad orientē. ⁊ cum
veniſſet ieſus criſtus ad locum illum (ad
ducunt ei ſurdum ⁊ mutum) nō erat talis
a natiuitate nec ab infirmitate ſuꝑuenien
te. ſed a demone ipſum obſidente. eiꝰ au-
ditum impediente. ⁊ loquelam (⁊ depre-
cabantur eum vt imponat illi manū) ſci-
licet vt ipſum ſic curaret. per quod datur
intelligi ꝙ aliquādo precibus ſanctoruʒ
et etiam bonorū hominū ſalus alicui im-
petratur (⁊ apprehendens eū de turba ſe
orſum) Unde Jaco. per quod datur intel
ligi ꝙ ille qui ſaluari deſiderat malas ſo
cietates dimittat (miſit digitos ſuos ī au
riculas eius) Ly. per digitos ītelligitur
gratia ſpiritusſancti quā infundit criſtus
in cor peccatoris (et expuens in terrā te-
tigit linguam eius) per ſaliuam ſapiētia
diuina ītelligitur. Theod. Omnia que ī
criſto corpore facta fu
erunt. ſancta ⁊ diuina
fuerunt. ſiue veſtimen
ta eius. ſiue digiti eiꝰ
ſiue ſputum eiꝰ. Et iđ
aliquādo curabat per
tactum veſtimentoruʒ
aliquando ꝑ digitum.
aliquando per ſputuʒ
ſicut patet hic in euan
gelio (⁊ ſuſpiciēs ī ce-
lum) per qđ docet nos
vt ſepe ad celū reſpici-
amus. qꝛ ibi eſt amicꝰ
noſter. auxiliū noſtruʒ
⁊ hereditas noſtra (in
gemuit) qđ facere vo-
luit vt oſtenderet hu-
mane nature veritateʒ
Item vt oſtēderet pec
catoribus gemendi ne
ceſſitatem: quia qui ſa
nari vult a peccatis p̄-
us debet ingemere: vt
ptʒ Ezechie. xviij. In
quacunqꝫ hora pecca-
tor ingemuerit ꝛc. (et
ait: effeta. qđ eſt adape
rire) Ly. oſtendens ſe
verum deum curando
per imperiū (et ſtatim aꝑte ſunt aures eiꝰ
et ſolutum eſt vinculum lingue eius. ⁊ lo
quebetur recte) Jaco. Uinculum lingue
tunc ſolutum ē quando homo lingua vti
tur ad orationē. ad proximi edificationeʒ
et informationē. ad peccati confeſſionem
et ad dei laudem (et p̄cepit illis ne cui di
cerent) vt vanā gloriā fugiendā eſſe doce
ret (quāto autem eis p̄cipiebat. tanto am
plius predicabant) Unde Aug. ꝑ hoc cri
ſtus volebat pigris oſtendere cum quan
to feruore p̄dicare debēt quibꝰ iubet vt p̄
dicent qm̄ illi qui ꝓhibentur tacere nō po
terant. Ly. bn̄ficiatꝰ de bn̄ficijs acceptis
debet ſe gratum oſtendere ⁊ bn̄factorem
laudare; qꝫuis benefactor hoc nō querat

cabant ⁊ eo amplı⁹ admirabant dicētes. Bene omīa fecit ⁊ ſurdos fec̄ audire ⁊ mutos loqui.

## Dominica tredecia poſt octauas pēth. Euangelium ſm Lucam. x.

**I**llo tēpe Dixit ieſus diſcipul' ſuis. Beati oculi q̄ vidēt q̄ vos videtis. Dico eni vob ꝙ multi ꝓphete ⁊ reges voluerūt videre q̄ vos videtis et nō viderūt. ⁊ audire q̄ vos auditis ⁊ nō audierūt. Et ec

(et eo amplius ammirabant) Ly. de tāta humilitate (dicētes. Bene oīa fecit ⁊ ſurdos fecit audire ⁊ mutos loq̄) Circa pn̄s euāgeliū vbi dr̄ ſuſpiciēs in celū. Notandum ꝙ Hugo de prato dicit ꝙ quater legimus ieſū oculoſ ſubleuaſſe. Primo turbā paſturus. vt Joh. vi. Cum ſubleuaſſet oculos ieſus ⁊c̄. Secūdo reſpōſū legiſperito daturus vt patet Luce. x Tertio ſurdū ⁊ mutuz ſanaturus: ſicut patet in verbis p̄miſſis. Suſpiciēs in celū. Quarto lazarū ſuſcitaturus vt patet Johā. xi. Ubi ſciendū ꝙ oculis mentis noſtre celū reſpicere debem⁹: ⁊ ad ipſum anhelare. ⁊ hoc ꝓpter tria. Prīo qr̄ ciuitas noſtra ē vbi ꝑpetue manere debem⁹: vt patet Hebreoꝝ. xiij. Nō habem⁹ hic manētē ciuitatē ſed futurā inquirimus Exēplū de illis qui in aliena patria demorant̄ quomodo coꝛ ad terrā ſuā ponūt ſi illuc redire intēdant. Alı̄s nō habēt ibi coꝛ ſuū ſi in terra in qua habitāt edificāt ⁊ de patria ſua amplius nō cogitant. Secūdo qr̄ ibi ē pater noſter ⁊ mater noſtra ⁊ fratres ⁊ ſoꝛoꝛes et amici noſtri. ſcilicet xp̄s ⁊ beata virgo et alij ſancti q̄ amplı⁹ nō diligunt q̄ꝫ parētes carnales pueros ſuos. Sperare etiaz debem⁹ ꝙ ibi ſint anīe p̄deceſſoꝛū noſtrorū q̄ in fide xp̄i moꝛtui ſūt. Omnia iſta trahunt deſiderium hominis ad celū. Tertō quia ibi eſt theſaurus noſter. ſcilicet merces operū noſtroꝛū ⁊ etiā meritū xp̄i ⁊ beate virginis Marie omniū electoꝛū in celo exiſtentiū qui eſt theſaur⁹ indeficiens omnē ſufficientiā habens. quia nec auferri nec coꝛrumpi poteſt. Magnus aūt ⁊ p̄cioſus theſaurus multum trahit coꝛ hominis vt patet Mathei. vi. Ubi eſt theſaurus tuus ibi eſt ⁊ coꝛ tuum.

b Eati oculi qui vident que vos videtis Luce. x. math. xiij. Ante iniciū illius euangelij ſcribit ſanct⁹ Lucas ꝙ xp̄s dixit diſcipulis ſuis. qui voſ audit me audit: et q̄ vos ſpernit me ſpernit. Et cōuerſus ad diſcipulos ſuos dixit (Beati oculi qui vident) Ly. ſcꝫ nō ſolū humanitatem xp̄i ⁊ facta exterioꝛa cōſpiciēdo ſ; v̄tutē diuinitatis latentē intelligendo (que vos videtis) Hoꝛ. viderūt eniz apl̄i gratioſaz p̄ſentiā domini noſtri ieſu xp̄i in aſſumpta humanitate. ⁊ crediderūt eū verum deū ⁊ hominē ergo dicti ſūt beati. Sed iudei phariſei: caypha herodes. ⁊ pylatus ſolum viderūt foꝛis xp̄i humanitatē: ſed nō cognouerūt eius deitatē ergo nō ſunt dicti beati. Unde Hier. ī omel'. Illoꝛū oculos beatos dixit qui hominē vidētes deū crediderūt. Ubi notandū ꝙ ſi beati fuerūt oculi qui viderūt xp̄m ⁊ crediderunt eum deum. multo beatioꝛes ſūt q̄ non viderunt xp̄m in humāitate ⁊ tn̄ crediderūt ipſum verum deum in ſacramēto eucharıſtie. Unde Joh. xx. qr̄ vidiſti me Thoma credidiſti. Beati qui ñ viderūt ⁊ crediderunt (dico eni vobis ꝙ multi ꝓphete ⁊ reges voluerunt videre que vos videtis) ſicut Eſa. lxiiij. qui dixit. Utinā diſrumperes celos ⁊ deſcenderes. Itē ſicut agge⁹ qui dixit Aggei. ij. Ueniat deſiderat⁹ cūctis gentibus. Item ſicut moyſes qui dixit Mitte domine quē miſſurus es. Item et prophete dauid pſ. cxliij. qui dixit Inclina domine celos tuos ⁊ deſcēde. ⁊ plures alij (et non viderunt) Hoꝛra. ſcilicet eo modo quo vos videtis viderūt enim ipſum ſpiritualiter. ſed iſti coꝛpoꝛaliter ⁊ preſentialiter habentes eum: ⁊ ab eo que volebant interrogantes (et ecce quidam legiſperitus) ſcilicet pericia litterali. nō intelligentia ſpirituali. Unde ambroſius

ſuper Lucam. Quidam legiſperitus verba legis tenens et verba legis ignorans (ſurrexit) ſcʒ vt meliꝰ audiret (tentãs eũ ⁊ dicẽs. mgr̃) Hor. magiſtrũ vocabat cuius diſcipulꝰ eſſe nolebat (q̃d faciẽdo vitam eternã poſſidebo) Hor. videtur eñ q̃rere humilit̃ cũ dixit. mg̃r. Sapient̃ cuʒ dixit: q̃d faciendo. Utiliter: cuʒ addit. vitã et̃nã poſſidebo (At ille dixit ad eũ. in lege q̃d ſcriptuʒ eſt) ſcʒ in lege diuina q̄ lex legũ ẽ (quõ leg̃) .i. quõ doces diſcipulos tuos q̃ adhuc neſcis ꝑ q̃d ꝑueniat̃ ad vitã eternã (at ille reſpondẽs dixit. diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo) ẜm Bern̄. .i. ſapient̃ (ex tota aĩa) .i. dulciter (ex tota mẽte) .i. fortit̃ (⁊ ꝓximũ tuũ ſicut teipm̃) .i. ad q̃ teipm̃ ſcʒ ad grãm in pñti ⁊ ad gloriaʒ in futuro. vel eo ordine quo teipm̃ ſcʒ ĩfra deũ ⁊ ſup oĩa tp̄alia (dixitq́ʒ illi) ſcʒ ieſus phariſeo ⁊ legiſperito (recte rñdiſti) non autẽ recte feciſti: qꝛ vt dicit gloſa xp̄s laudauit eius reſponſuʒ nõ eius factũ (hoc fac vt viues) q̄ſi diceret hoc dicis et nõ facis. ideo ad vitam eternã non vadis (ille autẽ) ſcʒ phariſeus et legiſperitus (volens iuſtificare ſeipſum) .i. demonſtrare iuſtuʒ (dixit ad ieſum. et quis eſt meꝰ ꝓximus) Hor. forſitan putabat ꝙ xp̄s dixiſſet. Iu deus eſt ꝓximꝰ tuus. Et tunc rñdet omnẽ iudeũ diligo ⁊ ſic appareret iuſtus (ſuſpiciens ieſus dixit. Homo quidam aſcendebat ab hieruſalẽ in hiericho) que diſtat a hieruſalẽ ad vnã dietã (⁊ incidit in latrones. qui etiã ſpoliauerũt eũ ⁊ plagis impoſitis abierũt ſemiuiuo relicto) Erat eñ ad litterã inter hierl̃m ⁊ hiericho ſolitudo vel deſertũ in quo ſpoliabantur aliq̄ñ hoĩes trãſeuntes a latronibus ⁊ occidebantur: in qua ſolitudine captus fuit ſedechias rex fugiẽs d̾ hieruſalem a ſatellitibus regis babylonis vt habet̃ Hieremie vltimo capi. Ly. Moraliter tamen exponit̃ de peccatore deſcendente a ſtatu iuſticie in peccatum mortale qui ſpoliat̃ a demonibꝰ ⁊ relinquit̃ ſemiuiuus: quia tollitur ab eo vita gratie remanente vite nature. Myſtice etiam ꝑ hominem iuſtũ ẜm Hor. intelligit̃ adã vel omne genꝰ humanũ: ergo d̾r (Hõ quidã) ſcʒ adam vel genꝰ humanũ (deſcendebat ab hieruſalem) .i. de paradiſo et ſtatu immortalitatis. (in hiericho) .i. in miſerias et defectus vite pñtis (⁊ incidit in latrones) .i. in demonũ poteſtates (q̃ ſpoliauerunt eũ) ſcʒ indumẽta gr̃e ĩmortalitatis ⁊ innocentie auferẽdo: vt pʒ Geñ. iij. Primi parentes pꝰ pctm̃ cognouerũt ſe eſſe nudos (et plagis ĩpoſitis) .i. naturalibꝰ vulneratis et debilitatis ꝑ peccatuʒ (abierũt ſemiuiuo relicto) hõ ſemiuiuus relinquit̃: q̄ñ remanẽte vita nature ꝑuatur vita gr̃e (accidit aũt vt ſacerdos q̃dã deſcẽderet eadẽ via ⁊ viſo illo p̄terijt ſilr̄ ⁊ leuita) ſacerdos legẽ ſignificat q̄ data ẽ ꝑ moyſen. Leuita ꝓphetas ſignificat q̄ deſcenderũt poſt moyſen. Hic viderũt genꝰ hũanũ ſauciatũ: qꝛ ꝑ legẽ cognitio pecca

ce quidã legiſperitꝰ ſurrexit tentãs illũ dicẽs. Magiſter q̃d faciẽdo vitã eternã poſſidebo. At ille dixit ad eum In lege quid ſcriptũ ẽ. quõ legis. Ille reſpõdens dixit. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo ex tota aĩa tua ex oĩbus viribus tuis. ex omni mẽte tua. ⁊ ꝓximũ tuum ſicut teipm̃. dixitq́ʒ illi recte reſpondiſti. Hoc fac ⁊ viues. Ille autẽ volẽs ſeipſuʒ iuſtificare dixit ad ieſuʒ. Et quis ẽ meus ꝓximꝰ. Suſpiciens aũt ieſus dixit. hõ quidam deſcẽdebat ab hieruſalem ab hiericho ⁊ incidit in latrones. qui etiã deſpoliauerũt eũ ⁊ plagis impoſitis abierũt ſemiuiuo relicto. Accidit aũt vt ſacerdos quidã deſcẽderet eadẽ via. ⁊ viſo illo preterijt. Similiter ⁊ leuita cum eſſet ſecus locum et videret illum pertranſijt.

ti: ſed nō potuerūt ſanare genꝰ humanū.
(ſamaritanꝰ aūt quidā) ſcȝ qui cuſtos in
terp̄tat̄. i. xp̄us qui eſt cuſtos verus (iter
faciens). i. de celo deſcendēs in hūc mun
dum ꝓpter noſtrā ſalutē (videns eū) ſcȝ
oculo miſcd̄ie (miſeri/
cordia motus ē) ſcȝ ex
paſſione (⁊ appropiās
alligauit vulnera eiꝰ)
ſcȝ in baptiſmo pecca/
ta eius remittendo (in
fundens oleū ⁊ vinū)
Oleū infundit in vul/
nera cū ſpem penitēti/
bus tribuit. Uinū in/
fundit cū terrorē mor/
tis eterne ⁊ penarū in/
ferni et diē iudicij hoī
incutit (⁊ imponēs il/
lum in iumentuȝ ſuū)
Uñ Grego. iumentum
caro ipſiꝰ ē in quo vul
neratū poſuit qñ pec/
cata nr̄a ipſe portauit
ſup lignum in corpore
ſuo: vt pȝ Eſa. liij. Ue
re languores noſtros
ipſe portauit (duxit in
ſtabulū). i. in p̄ſentem
eccleſiā (⁊ curam eius
egit) quia circa egro/
tum ſollicitꝰ fuit ſicut
bonus ⁊ fidelis medicus (altera die) pri
ma dies fuit dies paſſionis. Altera dies
reſurrectōis. ⁊ hec eſt īmortalitatis (ꝓtu
lit duos denarios) id ē duo teſtamēta (et
dedit ſtabulario. i. ſummo pontifici. ſ. pe/
tro ⁊ alijs aplīs quibꝰ aperuit ſenſum vt
intelligerēt ſcripturas veteris ⁊ noui te/
ſtamenti (⁊ ait curā illiꝰ habe) ſupple cor
poris ⁊ aīe. ergo dixit prīo ſtabulario ſcȝ
petro paſce oues meas (⁊ qd̄cūqȝ ſupero
gaueris) ſupple p̄ceptis meis ſcȝ conſilia
ſupaddendo ⁊ cū ſubditis ⁊ fidelibꝰ labo
rando (ego cū rediero) ſcȝ in iudicio ex/
tremo: vt patet Actuū primo. Sic veniet
queādmodū vidiſtis eum euntē in celum
(reddā tibi) quia dn̄s ieſus reddet vni/
cuiqȝ iuxta opa ſua (Quis hoꝝ triū vide
tur tibi ꝓximus fuiſſe illi qui incidit ī la/
trones, At ille dixit. q̄ fecit miſericordiaȝ

**Samaritanꝰ aūt quidā iter
faciens venit ſecus eū. ⁊ vi-
dens eū miſericordia motꝰ
eſt et appropians alligauit
vulnera eius infūdēs oleuȝ
et vinū. Et imponēs illū in
mentū ſuū duxit in ſtabulū
⁊ curā eiꝰ egit. Et altera die
ꝓtulit duos denarios ⁊ de/
dit ſtabulario ⁊ ait. Curā il
lius habe. Et qd̄cūqȝ ſuper
erogaueris ego cuȝ rediero
reddā tibi. Quis hoꝝ triuȝ
videtur tibi ꝓximꝰ fuiſſe il-
li qui incidit in latrones. At
ille dixit. Qui fecit miſcd̄iā
in illū. Et ait ieſus illi. vade
et tu fac ſimiliter.**

in illum) Ubi notandū ꝙ opinio iudeoꝝ
erat ꝙ nō quilibet hō ꝓximus eſt. ſꝫ tm̄ iu
deus. ergo dicunt iudeū ꝓximū ſuū. ⁊ om
nem aliū hominē alienū. Ergo xp̄s oſten
dit in preſenti euāgelio oēm hominē eſſe
proximū omni homini
qui facit ei miſericor/
diam. Unde Ambro/
ſius. Cognatio non fa
cit ꝓximū: ſꝫ miſericor
dia. Unde etiā Augu/
ſtinꝰ de doctrina xp̄ia/
na. ꝓpinquitas generꝭ
nō facit ꝓximū: ſꝫ opꝰ
miſericordie impēſum
Ex quo patet. ꝙ quili
bet eſt ꝓximus noſter
qui hic viuit: quia cui
libet pōt a nobis īpen
di miſericordia vel no
bis impendere (ait illi
ieſus: vade ⁊ tu fac ſi/
militer) ſcȝ vt oēm ho
minē eſſe amicū ⁊ ꝓxi/
mū reputes ⁊ ei miſe/
ricordiā impendas af
fectu ⁊ effectu ſicut ſa/
maritanꝰ illi iudeo fe/
cit. Unde circa p̄ſens
euangeliū vbi dicitur.
Beati oculi qui vidēt
querit̄ in quo conſiſtit
beatitudo. Rn̄det̄ ꝙ quidā poſuerūt bea
titudinem in bonis corporis vt epicuri.
Quidā in bonis mundi ſcȝ diuitijs. ho/
nore potētia: ⁊ ſic de alijs. Quidā in vir/
tutibus moralibꝰ ⁊ cognitōe creaturaꝝ ⁊
maxima ſubſtantiarū ſeparatarū vt pari/
patetici. Chriſtus autē veniēs in mundū
qui ad hoc natus eſt vt teſtimoniū ꝑhibe
ret veritati. Oſtendit ꝙ in oībus ſupradi
ctis vera beatitudo nō cōſiſtit ſꝫ in viſio/
ne ⁊ cognitiōe dei dicēs. Beati oculi qui
vident que ⁊c̄. Itē querit̄ hic. beatitudo
cuiꝰ ſit. ſcȝ an anime vel corporis. Ad qd̄
rn̄det Hugo de prato ꝙ beatitudo conſi/
ſtit principaliter in cognoſcēdo ⁊ amādo
⁊ poſſidendo deū. Et btī̄tudo principalit̄
erit in aīa que deū ꝑ eſſentiā cognoſcet et
nō per aliquā ſimilitudinē ⁊ ipſum perfe
cte poſſidebit in ſe tanq̄ꝫ ꝓpriū ⁊ intrinſe/

cum bonū. Corpus autē habebit quatuor dotes ſuas que ſunt agilitas vt ſubito feratꝛ quocūq; aīa volet. Impaſſibilitas vt a nulla re poſſit ledi vel pati. Subtilitas ita vt mōtes penetret. Et claritas ita ꝙ in ipſa claritate corporis claritas ⁊ gloria anime cognoſcetꝛ quia aīa magꝭ beata clariꝰ corpꝰ habebit. Et oīa p̄dicta habebit corpuſ ex redundantia glorie aīe in corpus. Ecōtrario de corporibꝰ impiorum erit. qꝛ erūt groſſa grauia paſſibilia ⁊ obſcura. Hec ille.

¶ Dñica. xiiij poſt octa. pē/theco. Euā. ſm Lucā. xvij.

**In illo tempore**

Cū iret ieſus ī hieruſalē trāſibat ꝑ mediā ſamariā ⁊ galyleā. ⁊ cū ingrederetꝛ quoddam caſtellū occurrerunt ei decē viri leproſi. q̄ ſteterunt a longe ⁊ leuauerūt vocem ſuā dicētes. Jeſu preceptor miſerere noſtri. quos vt vidit ⁊ dixit. Ite oſtēdite vos ſacerdotibꝰ. Et factū eſt dū irent mūdati ſūt. vnus aūt ex illis vt vidit qꝛ mūdatuſ ē regreſſuſ ē cū magna voce magnificās deū. ⁊ cecidit in faciē añ pedes eiꝰ grās agēſ

c Cum iret ieſus in hieruſalem trāſibat ⁊c̄. Luce. xvij. Hyſtoria huiꝰ euāgelij facta ē Anno xp̄i. xxxiij. ij. ydus martij. feria. ij. luna. iiij. inditōne. vi. Ante initiū illius euangelij ſcribit ſctūs Lucas ꝙ xp̄s dixit diſcipulis ſuis. Cū oīa feceritis q̄ p̄cepta ſunt vobis: dicite ſerui inutiles ſumꝰ qđ debuimus facere fecimꝰ (Et factū ē dū iret hieſus in hierl̄m) ſcꝫ ad locum ſue paſſionis in quo oſtendit ſe ſponte paſſurū (tranſibat per mediā ſamariā ⁊ galyleā) Samaria erat terra gentiū. Galylea iudeoꝝ. ergo vtroſq; pertranſibat qui ad ſaluādos gentiles ⁊ iudeos venerat (⁊ cū ingrederetur q̄ddā caſtellū occurrerunt ei decē viri leproſi) Ly. qꝛ audierāt famā de miraculꝭ xp̄i (q̄ ſteterūt alōge) Ly. tū ꝓpꝛ xp̄i reuerentiā. tū quia nō debebāt appropinquare ſanis hoībꝰ ne eos inficerēt (⁊ leuauerunt vocē ſuā) Ly. ex magno deſiderio ſanitatis (dicētes. dñe ieſu p̄ceptor miſerere nr̄i). i. ſolo v̄bo potes nos curare (q̄s vt vidit dixit: ite oſtendite vos ſacerdotibus) hoc iuſſit xp̄s ꝓpter legis impletionē. Lex eñ p̄cepit Leuitꝛ. xiiij. vt mūdatꝰ a lepra ſacerdotibus ſe offerret: ⁊ hoc duplici de cauſa. Una cauſa. quia ſacerdotes debebant iudicare vtrū talis eſſet vere curatus. Scđa cauſa. quia p ſua emundatione tenebatꝛ offerre ſacrificiū determinatū in lege. Itē vt daret nobis exemplnm honorādi ſacerdotes. Ite vt per hoc ſacramentū confeſſionis exprimeret. Dicit enim xp̄s omnibus peccatoribus. Ite. quaſi diceret. non expectetꝭ ꝙ cogamini vrgente infirmitate quādo oportet ſacerdotes ad ſevocari: ſed ite dum ſani eſtis oſtendite nō palliate: vos non alios: quia alie perſone non ſunt nominande in cōfeſſione: ſacerdotibus quibus data eſt poteſtas a chriſto ligādi et ſoluendi. vt patet Johannis viceſimo capitulo. Accipite ſpiritū ſanctum quorū remiſeritis peccata remittuntur eis (⁊ factuꝫ eſt dū irent mundati ſunt) in hoc odenditur ꝙ in vera contritione peccata dimittuntur peccatori a deo etiā anteq̄ perueniat ad confeſſionem. Unde in pſalmo. xxxi. Dixi cōfitebor ſupple in futuro: ⁊ tu remiſiſti impietatē peccati mei: q̄uis poſtea teneatur confiteri ſacerdoti loco dei (vnus ergo ex illis vt vidit quia mundatus eſt reuerſus eſt cū magna voce magnificans deum) Gorra. magnitudo vocis dat intelligere magnitudinē fidei ⁊ deuotionis (⁊ cecidit in facieꝫ ante pedes eius) In quo notatur eiꝰ magna humilitas (gratias agens) eſt auteꝫ deo valde acceptabilis grarūactio. Unde auguſtinus ad Aurelianum. Quid melius animo gerimꝰ. aut ore p̄bamus. aut calamo exprimimꝰ: q̄ vt deo grās agamꝰ nec dici breuius: nec agi fructuoſius poteſt.

et hic erat ſamaritanꝰ. Reſpondens aūt h iesus dixit. Nōne decē mūdati ſūt ⁊ nouē vbi ſūt. nō eſt inuentus q̄ rediret ⁊ daret gloriā deo niſi hic alienigena. ⁊ ait illi. Surge. vade qꝛ fides tua te ſaluū fecit.

**Dñica. xv. poſt octa. pēthecoſtes. Euā. ſm Math. vj.**

(⁊ hic erat ſamaritanꝰ) Ly. in hoc inuit̃ ꝙ alij nouē erāt iudei nec reuerſi ſunt ad gr̃as agendū. qꝛ iudei ſemꝑ fuerūt ingrati: tā in veteri q̄ȝ in nouo teſtamēto de beneficijs dei (Rn̄dēs aūt ieſus dixit. nōne decem mūdati ſunt. et nouem vbi ſunt). q. d. Multi mūdant̃ ⁊ baptizant̃. tn̄ pauci ſaluātur: vt pȝ Mathei. xx. Multi ſunt vocati pauci vero electi (Non eſt inuētus q̄ rediret ⁊ daret gloriā deo: niſi hic alienigena) Ly. In h̄ figuratū fuit ꝙ gentiles venturi erāt deuote ad fidem xp̄i: iudeis remanentibꝰ in ſuo errore (⁊ ait illi. Surge vade) Noluit em̄ ſurgere niſi iuſſus (quia fides tua te ſaluū fecit) In hoc innuit̃ ꝙ magnū eſt meritū fidei. qꝛ ꝑ fidē peccator mundat̃. Itē ꝑ fidē hō iuſtificat̃. ad Romanos. v. Juſtificati igit̃ ex fide pacē habeamus ad deū ꝑ dn̄m noſtrū ieſum xp̄m Itē ꝑ fidē hō filius dei efficit̃: vt pȝ Joh̄. ꝑmo. Dedit eis ꝑtātē filios dei fieri ⁊c̃. Itē ꝑ fidē hō ſaluat̃. Ergo xp̄us dixit ſamaritano: fides tua te ſaluū fecit. Un̄ circa p̄ns euangeliū vbi dicit̃. Ite oſtendite vos ſacerdotibꝰ. ⁊ dū irent mundati ſunt. Unde hic querit̃ ſi peccator in ipſiꝰ cordis cōtritione abſoluit̃ anteq̄ȝ perueniat ad ſacerdotē vt hic innuit̃: quia dū irent mūdati ſunt. Quid facit poſtmodū ſacerdos: ⁊ a quo abſoluit euȝ. Rn̄deo ꝙ ſolus deus abſoluit peccatorē a culpa in ipſa cordis cōtritione: vt patet Eſa. xliij. Ego ſum qui deleo iniq̄tates tuas ꝓpter me. Sacerdos autem miniſterialiter ⁊ inſtrumentaliter peccatorē a peccato abſoluit: ⁊ nō ſolū oſtendit abſolutū. Eſt em̄ ſacerdos miniſter dei: ⁊ eius inſtrumentuȝ animatū: ⁊ hoc optime oſtendit xp̄s in lazari reſuſcitatione ꝑ quē peccator rediēs ad dei grām deſignat̃ quē xp̄s ſolꝰ a mortuis reuocauit. ſed ap̄lis mandauit vt eū ſoluerent: ſic patet ꝙ fuit a xp̄o reſuſcitatus ⁊ ab apoſtolis reſolutus. Simile eſt in iuſtificatione peccatoris quē ſolꝰ deꝰ reſuſcitat a morte culpe reddens ei grām̄ ſuā ſed ſacerdos ſoluit eū a cathenis peccatorū quibꝰ pro talibꝰ culpis ligatus tenebatur: exemplū rex vel poteſtas in conſilio abſoluit malefactorē: qui tenet̃ in carcere cathenis ligatus: ⁊ miniſtri regis vadūt ad carcereȝ: ⁊ ex parte regis abſoluūt eum a carcere ⁊ cathenis. Et miniſtri regis vadunt ad domū eiꝰ et reddūt ei oīa bona ſua prius perdita: ſic facit ſacerdos qui tanq̄ȝ miniſter dei abſoluit peccatorē a cathenis peccatoruȝ ⁊ reducit eū in eccleſiā dei ⁊ reddit ei oīa bona ſua: que ante pctm̄ fecerat: ⁊ in eccleſia dei ⁊ dat ei cibū vite mādūcare: ſcȝ corpus xp̄i: ⁊ docet quō debeat viuere: ⁊ in via dei ambulare et non ſtare: qꝛ ſtare regredi eſt. Sic pȝ ꝙ ſacerdos hȝ magna facere in iuſtificatiōe peccatoris: ⁊ nō ſolū eū oſtendere abſolutū. Un̄ iterū hic q̄rit̃ q̄ ſit forma abſolutiōis a pctīs. Rn̄deo ſm ſanctū Tho. de aq̄no ꝙ de ſubſtātia forme eſt. Ego abſoluo te a pctīs tuis. Sed p̄mittit̃ oratio ſcȝ. Miſereat̃ tui oīpotens deus ⁊c̃. Ne effectus ſacramēti impediat̃ ex parte penitentis. Et cōmunit̃ apponit̃ in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Itē querit̃ an impoſitio manus ſuꝑ caput cōfitentis requirat̃. Rn̄detur ſm ſanctuȝ Tho. de aq̄no ꝙ nō: quia hoc ſacramentū nō ordinat̃ ad cōſequendam aliquā excellentiā gratie: ſed ad remiſſionē peccatoꝝ. Magis aūt in hoc ſacramēto cōpetit crucis ſignatio q̄ȝ manꝰ impoſitio. In ſignū ꝙ per ſanguinē crucis xp̄i remittunt̃ peccata. ⁊ nō eſt de neceſſitate ſacramenti ⁊c̃. Itē Tho. dicit ꝙ q̄ impetrat abſolutionē a papa vel legato caute facit ſi faciat ſe abſolui ab oībꝰ excōmunicatōnibꝰ ⁊ pctīs de q̄bus nō recolit: qꝛ ſi poſtea recolat de aliq̄bꝰ nō tenet̃ iterꝝ abſolutōnē petere ab excōicatōe: licȝ de pctō ſi ſit mortale teneat̃ cōfiteri.

n Emo poteſt duobꝰ dn̄is ſeruire. Aut em̄ vnū odio habuit ⁊ alte/rum ⁊c̄. Math. vi. Luce. xvi. Hec verba euāgelij locutꝰ eſt ieſus Anno eiꝰ xxxiij. ydus iulij. feria. v. luna. xvi. inditi/one. iiij. Ante initium p̄ntis euāgelij ſcribit ſctūs Matheꝰ in eodē capi. ꝙ xp̄s dixit diſci/pulis ſuis. Nolite the ſauriſare vobis theſau ros in terra vbi erugo ⁊ tinea demolitur: vbi fures effodiūt ⁊ furan tur. Thezauriſate au/tem vobis theſauros ī celo. vbi nec erugo: nec tinea demolitur: ⁊ vbi fures nō effodiunt nec furant̄. Ubi enim eſt theſaurus tuus. ibi eſt ⁊ cor tuū. Tūc poſt modū ſequit̄ euange/liuz hodiernū (Nemo poteſt duobꝰ dn̄is ſer/uire) Hor. cōtrarijs in ter ſe differentibꝰ ⁊ cō traria p̄cipientibꝰ. Et quilibet hominum ha bet vnum illoꝝ duoꝝ. Hoc ſic ꝓbat̄ quia oīs hō aut eſt in gr̄a: aut ī pctō mortali. Si autē eſt in gr̄a tūc habet ꝓ dn̄o deū. ſi autē in pec cato mortali tunc ha/bet dyabolū ꝓ domīo.

## In illo tēpore

Dixit ieſus diſcipul̄ ſu/is. Nemo poteſt duobꝰ dn̄is ſeruire. Aut ei vnū odio ha bebit. ⁊ alteruz diliget. aut vnū ſuſtinebit. ⁊ alterū ꝯtē/net. nō poteſtis deo ſeruire et mamone. Ideo dico vo/bis ne ſolliciti ſitis an̄ie ve/ſtre quid mādu cet̄ neqꝫ cor pori veſtro q̄d induamini. Nōne an̄ia plus eſt ē q̄ eſca et corpus plus q̄ veſtimen euz. Reſpicite volatilia celi quoniā nō ſerunt neqꝫ me/tunt neqꝫ congregant ī hor rea ⁊ pat̄ veſter celeſtis pa/ſcit ea. Nōne vos maḡ plu ris eſtis illis. quis autē ve/ſtrū cogitās poteſt adijcere ad ſtaturā ſuā cubitū vnuz

(Aut vnū odio habebit) Hor. ſcȝ dyabo lum (⁊ alterū diliget) ſcȝ deū (Aut vnum ſuſtinebit) ſcȝ dyabolū quē hō peccando patit̄. ſed non diligit (⁊ alteꝝ contēnet) ſcȝ deū quē hō peccando mortaliter con/temnit. Sed deum nemo poteſt odire. qꝛ ſummū ⁊ infinitū bonū eſt. Nec dyabolū quiſqꝫ diligit: ſed peccando ſe ei ſubijcit (Non poteſtis deo ſeruire ⁊ māmone). i. diuitijs. Ly. nō dixit xp̄s nō poteſtis ha/bere: ſ; nō poteſtis ſeruire. Licite em̄ poſ/ſunt haberi qn̄ bene diſpenſant̄: ſicut ille qui in pijs operibꝰ diuitias expendit nō ſeruit diuitijs, ſ; magis diuitie ſeruiūt ſi/bi quia eis vtit̄ ſicut inſtrumētis ad ope ra virtutū. Un̄ Ambro. ſuꝑ Lucā Sicut diuitie ſunt impedimēta improbis. ita ꝓ/bis ſunt adiuuamenta virtutis. ⁊ talis ſi mul poteſt ſeruire deo ⁊ vti ipſis (ideo di co vobis ne ſolliciti ſi tis) ſcȝ ſollicitudīe ni mia. Notandū ꝙ xp̄s hic non ꝓhibet laborē quia hō ad laborē na/ſcitur ſicut auis ad vo landū. ſ; ꝓhibet ſollici tudinē ſuꝑfluā ⁊ inor/dinatā ꝑ quam poſtpo nuntur bona ſp̄ualia ⁊ etiā eterna (anime ve/ſtre). i. animali vite q̄ cibo ſuſtentatur (quid mādu cetis neqꝫ corpo ri veſtro quid indua/mini. nōne aīa plus eſt q̄ eſca) q. d. longe plꝰ eſt (⁊ corpꝰ plus q̄ ve ſtimentū). q. d. ſi deus dedit vobiſ maiora ſcȝ corpus ⁊ animā: con/ſequent̄ etiā dabit mi/nora ſcȝ eſcā ⁊ veſtimē tum (reſpicite volati/lia celi: qm̄ non ſerunt neqꝫ metunt neqꝫ con gregant in horrea ⁊ ta men pr̄ veſter celeſtis paſcit ea) Un̄ pſ̄. cxlvi Qui dat iumētis eſcā ipſoꝝ ⁊ pullis coruoꝝ inuocantibꝰ eū. Mul/to fortiꝰ hominē ſufficienter paſcet. Un/de Raba. Quis rex militibꝰ deuotis de/bitam nō ꝓcurat alimoniā. Quis dn̄s mi niſtris ſuis non miniſtrat cibaria. Quis pr̄ nō dat filijs alimēta ⁊c̄. (nōne vos ma gis pluris eſtis illis). q. d. multo maio/ris precij eſtis. Ly. natura humana maio ris ponderis eſt corā deo quia alie crea/ture facte ſunt ꝓpt̄ hominē. finis aūt no/bilior eſt his q̄ ſunt ad finē. Si ergo de il lis curat multo fortius de nobis curā ha bet (q̄s autē veſtrū pōt adijcere ad ſtatu/ram ſuā cubitum vnū). q. d. nullus. Ergo deꝰ q̄ dat hoī incremētū ⁊ q̄ntitatē ſtatu/

Et de veſtimētis quid ſolli
citi eſtis. ꝯſiderate lilia agri
quō creſcūt. nō laborāt neqꝫ
nent. dico aūt vobis ꝙ ne-
qꝫ ſalomō in om̄i gloria ſua
coopertꝰ ē ſicut vnū ex iſtis
Si ei fenū agri qꝺ hodie ē ⁊
cras in clybanū mittit̄ deus
ſic veſtit. quātomagis vos
modice fidei. nolite ergo ſol
liciti eſſe dicētes: qd mādu/
cabimus aut quid bibemus
Aut quo operiemur. Hec ei
om̄ia gentes inquirūt. Scit
eni pater veſter qꝛ his om̄i/
bus indigetis. querite ergo
primū regnū dei ⁊ iuſticiaꝫ
eius. ⁊ hec oīa adijciēt vob

Dominica ſedecima. poſt
octauas pēthecoſ. Euange-
liū ſm Lucam. vij.

re ꝑ conſequens etiam dabit nutrimentū
cōueniens ſtature prout viderit expedire
(⁊ de veſtimētis quid ſolliciti eſtis conſi
derate lilia agri quō creſcunt) ſcꝫ tā pre/
cioſis coloribꝰ induta (non laborant) ſcꝫ
ad ornandum ſe (neqꝫ
nent). i. filant ad faci/
endū ſibi veſtimentū ⁊
tamē optime veſtiunt̄
ſic ꝙ regalia veſtimen
ta excedunt (dico autē
vobis ꝙ neqꝫ ſalemō)
qui fuit ditiſſimꝰ: ſapi
entiſſimꝰ. pōtētiſſimꝰ:
int̄ alios reges (in om
ni gloria ſua cooꝑtus
eſt). i. veſtitus ⁊ orna
tus tam pulchre (ſicut
vnū ex iſtꝭ) Gor. quia
in ſalemone fuerūt ve
ſtes aliene in illo autē
ꝓprie. Itē ille ab arte:
iſte a natura. Et ideo
oēs tinctores pannoꝝ
nō poſſunt facere colo
rem viridem ſicut na/
tura ī terrenaſcentibꝰ
Unde Hieroni. Quid
rubet vt roſa. Quid
candet vt liliuꝫ (ſi em̄
fenū agri qꝺ hodie ē)
. i. in ꝑſenti (et cras in
clibanum mittit̄). i. in
furno ponet̄ (deus ſic
veſtit). i. ſic pulcre ſic
optime ſine ſollicitudi
ne (quātomagis vos modice fidei) Lyra
vocat autē eos qui nimis ſollicitant̄ de
tēporalibꝰ modice fidei. quia ex defectu
fidei ꝓcedit talis ſollicitudo ſuꝑflua (no
lite ergo ſolliciti eſſe dicētes. qd māduca
bimꝰ aut qd bibemꝰ) hoc ꝑtinet ad alimē
tum (aut quo operiemur) hoc ꝑtinet ad
veſtimentū (hec em̄ oīa gentes inqrunt)
Gorra. quia infideles ſunt ⁊ de eternorū
ꝓmiſſione nō cōfidūt. Lyra. gentiles di/
uinā ꝓuidentiā circa actus humanos ne
gant (ſcit em̄ pat̄ veſter celeſtis quia his
oībꝰ indigetis) Gor. nō eſt pꝛ plus q̄ non
tribuit neceſſaria filijs quoꝝ nouit indi/
gentiā. Sed deus ē pater veſter ergo ſer/
uientibus ſibi temporalia ſufficient̄ mini
ſtrabit (querite ergo primū) id eſt ꝓcipue
(regnum dei) de quo dicit̄ Mathei. xiij.
Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris
mei. Quis hoc regnum nō deſiderat vbi
omnes erūt reges ⁊ re
gine. Ergo ferūēter et
diligenter hoc regnuꝫ
eſt querendum (⁊ iuſti
ciam eiꝰ) quia iuſti im
ꝑpetuū viuent ⁊ apud
dominū eſt merces eo
rum. Sapiē. v. (⁊ hec
omnia) ſcꝫ tēporalia.
(adijcient vobis) Un
de pſ. liiij. Iacta cogi
tatū tuū in domino et
ipſe te enutriet. Itē in
pſ. xxxvi. Nunqꝫ vidi
iuſtū derelictū. Cir
ca hoc pn̄s euāgelium
vbi dꝛ. Primū queri/
te regnū dei et iuſticiā
eius. Notandū ꝙ pec
cator querit regnū dei
nō primo ſꝫ vltimo ſcꝫ
in morte qn̄ em̄ pecca/
tor nō pōt plus viuere
vel qn̄ credit mortē ſi/
bi īminere tunc querit
regnū dei. ⁊ accipit ex
emplū a latrone in cru
ce. ſꝫ nō a iohāne bap/
tiſta. q̄ a cunabulis qſi
uit regnū dei. Similit̄
ſctūs Nicolaus eꝑs q̄
quarta ⁊ ſexta feria ſemel ſugebat vbera.
Similit̄ dominicus pꝛ noſter qui a pueri
cia ſua dn̄o noſtro ſeruire ſtuduit: ⁊ ſic de
alijs pluribꝰ ſctīs. Contra quos nota ex/
emplū de qnqꝫ ꝟginibꝰ fatuis q̄ petierūt
oleū in media nocte in vaſis ſuis. i. in vi/
cinitate mortis ⁊ nō obtinuerūt. ſic lam/
pades earum ſunt extincte et ipſe excluſe
ſunt a regno celoꝝ. Un̄ Augꝰ. Legi ⁊ ꝑle
gi ſacrā ſcripturā ⁊ nō inueni ī quinqꝫ mi
libus annoꝝ ſaluatū in fine niſi ſolum la
tronē. Un̄ etiā Albertꝰ magnꝰ. Rarū ē ꝙ
aliqs ex amore in fine vite ſue vere peni/
teat. Itē pctōꝛ querit regnū dei ſꝫ nō iuſti
ciam eiꝰ. Oīs em̄ hō vult eſſe btūs qs vt

dicit Boetius de cõſolatõne philoſophie Mentib⁹ hominũ naturalr̃ ſummi boni cupido inſerta eſt: ſ; opa btĩtudinis nõ cu rat facere. Tota die pctõr fabricat ſibi do mũ in inferno ꝛ intendit poſt hanc vitam quieſcere ꝛ habitare in celo ꝛc̃.

## A illo tempore

Ibat ieſus ĩ ciuitatẽ q̃ vocatur naym ꝛ ibant cũ eo diſcipuli ei⁹ ꝛ turba copioſa. Cũ aũt appropinquaret porte ciuitatis. Ecce defunct⁹ efferebatur filius vnic⁹ mr̃is ſue. et hec vidua erat. ꝛ turba ciuitatis multa cũ illa. Quaʒ cũ vidiſſet ieſus miſcdia motus ſup ea dixit illi. Noli flere. Et acceſſit ꝛ tetigit loculũ. Hi aũt q̃ portabãt ſteterũt et ait. Adoleſcens tibi dico ſurge. Et reſedit q̇ erat mortuus ꝛ cepit loq̇ ꝛ dedit illũ matri ſue. Accepit aũt oĩs timor ꝛ magnificabãt deuʒ dicẽtes. q: ꝓpheta magnus ſurrexit in nobis. ꝛ q: deus viſitauit plebem ſuam.

i Bat ieſus ĩ ciuitatẽ q̃ vocatur naym Lu. vij. Hoc miraculuʒ fecit dñs ieſus Anno ei⁹ xxxi. xiij. kal. auguſti. dñica. luna. xxij. indictione. iiij. Añ hoc euãgeliũ ſanauit xp̃s ſuũ centurionis q̇ acceſſit ad ieſum rogãs eũ dicens. Dñe puer meus iacet in domo paralitic⁹ ꝛ male torquer̃. Et ait illi ieſus. ego veniã et curabo eũ. ꝛ rñdẽs cẽturio ait. Dñe nõ ſum dign⁹ vt intres ſub tectũ meũ: ſ; tm̃ dic vbo ꝛ ſanabir̃ puer meus ꝛ dixit ieſus centurioni vade ꝛ ſicut crediſti fiat tibi ꝛ ſanat⁹ ẽ puer ex illa hora. Et factũ ẽ deinceps (Ibat ih̃s in ciuitatẽ q̃ vocar̃ naym) Naym eſt ciuitas parua ĩ galylea ꝓpe mõtẽ thabor q̃ diſtat a hieruſalem ad duas dietas (ꝛ ibant cũ eo diſcipuli ei⁹ ꝛ turba copioſa) Ly. turba multa cuʒ dño. turba multa cũ vidua. hoc factũ eſt vt euidẽtius eſſet miraculũ corã multis factũ vt viſo miraculo multi fierẽt laudatores dei ꝛ teſtes. (ꝛ cũ appropinquaret porte ciuitatis ecce defunct⁹ efferebar̃) ſcʒ ad ſepeliendũʒ (fili⁹ vnic⁹ matris ſue. ꝛ hec vidua erat) Ly. antiq̇tus loca ſepulture erãt extra ciuitatẽ. ne ex cadauerib⁹ inficerent̃ habitatores ciuitatis (quã cũ vidiſſet ieſus miſericordia mot⁹ ſup eã) q: erat vidua. tũ quia nõ habebat aliũ filiũ a quo poſſet in ſenectute ſuſtẽtari (dixit illi, Noli flere) quaſi diceret. cito cõſolaberis (ꝛ acceſſit ꝛ tetigit loculũ) Ly. i. feretrũ. Ad hoc eñi tetigit vt oſtẽderet ꝙ corpus ſuũ deitati vnitũ erat inſtrumentũ deitatis etiam in miraculis faciẽdis (Hi autẽ q̇ portabant ſteterũt. et ait. Adoleſcẽs tibi dico) Hor. i. propria vtute impero (ſurge). ſ. a lecto mortis (et reſedit qui erat mortuus) ſcʒ prius. q: ſtatim rediit vita per xp̃m (ꝛ cepit loq̇) Ly. vt maĩfeſte appareret ꝙ erat vere reſuſcitatus (et reddidit illum matri ſue) prius ei dederat in cõceptõne (accepit autẽ oẽs timor) Hor. ſcʒ admirationis de tam mirabili ſuſcitatione. Legir̃ in euãgelijs dñm tres mortuos ſuſcitaſſe. ſcʒ puellam in domo. vt pʒ Math. ix. Adoleſcentẽ in porta. vt hʒ in euangelio hodierno. Lazarũ ĩ ſepulcro. vt hʒ Joh. xi. (ꝛ magnificabãt deũ) .i. magnũ p̃dicabant. Hoc ẽ eñi magnificare deũ. de ip̃o magna credere ꝛ dicere (dicẽtes q: ꝓpheta magn⁹ ſurrexit in nobis) ſn lege ꝛ ꝓphetis pmiſſus (et de⁹ viſitauit plebẽ ſuã) Ly. mittendo eis ſaluatorẽ. Circa hoc euãgeliũ vbi dr̃. Noli flere. Querir̃ vtꝝ ꝺ amici morte aliq̇s licite poſſit lugẽ. Rñdet̃ ꝙ ſic. ſ; moderate. Sic martha ꝛ maria magda. fleuer̃t ſup lazaꝝ frẽʒ ſuũ defũctũ quẽ poſtmodũ xp̃us a morte ſuſcitauit. Scd̃o q̇rit̃. vtrũ magis flendũ ſit ꝑ morte aĩe q̃ʒ corporis. Rñdet̃ ꝙ ſic. q: q̃nto aĩa ẽ nobilior corpe tãto magis ẽ dolendũ de morte aĩe q̃ʒ de morte corpis. Añ Aug⁹. mai⁹ ẽ dãnũ de amiſſione vni⁹ aĩe q̃ʒ mille corpoꝝ. Berñ. Tot⁹ mũd⁹ p̃ciũ vni⁹ aĩe eſtĩare ñ p̃t. Sʒ dt Aug⁹. Mirabil' miſeria ĩ hoib⁹ appere

ꝙ cum moritur homo ſm corpus omnes
amici cōueniūt ꝛ plorant. Sed cū morit
ſm animā nullus dolet. nullus plorat. A
corpore mortuo nō recedunt donec ſepul
ture tradat. aīe vero mortue nullꝰ aſſiſtit
nullus curat eā ad vi-
tam reducere. vtinam
tot facerent amici pro
anima reſuſcitanda q̊t
facerent ſi poſſent ami
cum mortuū ad vitam
reuocare. Tercio que-
ritur que debent nos
conſolari ſup mortem
puerorū ꝛ conſangui-
neorum. Reſpondet ꝙ ad hoc valent q̄n
qꝫ conſiderationes quas vere oēs tangit
beatus Hiero. in quadā epiſtola. Prima
eſt conſideratio diuine voluntatis cui de
bemus nos in oībus cōformare. Unde ſe
neca in epl'a ad Lucillū. Placeat homini
quicq̊d deo placeat In ſignū huiꝰ quoti
die oramus. Fiat volūtas tua ſicut in ce
lo ꝛ in terra. Nā credere debemꝰ ꝙ deus
in meliori ſtatu hominē reuocat. Si bo-
nus eſt ne malus fiat. Si malus ne peior
efficiat. Secūda cōſideratio ē diuine eq̊-
tatis. qꝛ licitū eſt vnicuiqꝫ qd̄ ſuū eſt repe
tere. deus enī habet ius ꝛ poteſtatē repe
tendi pueroſ et ꝯſanguineos tuos. qꝛ ipi
us ſunt. Un̄ pſ̄. Ipſe fecit nos ꝛ nō ipſi
nos. Inſup tenemur deo ſoluere debitū
mortis. qꝛ om̄s ſumꝰ ad mortē aſtricti. vt
patet Gene. ij. Quacunqꝫ die comederitis
ex eo morte moriemini. Unde hebreorū
ix. Statutū ē hominibꝰ ſemel mori. Ter
tia conſideratio ē diuine diſpoſitionis q̄
nouit q̄ꝫdiu expediat hoī hic viuere ꝛ q̄n
mori. Un̄ Augꝰ. in lib̄. ſoliloquiorꝫ. de ſa
lute corpis mei q̄ꝫdiu mihi ſit vtile neſcio
tibi dn̄e hoc cōmitto. Sic etiā beatꝰ Mar
tinus fecit dicēs. Dn̄e ſi adhuc pplo tuo
ſū neceſſarius nō recuſo laborē fiat volū
tas tua. O homo attēde diligent quō to
tus mūdus plenus ē in tribulationibꝰ et
miſerijs. hoc ptꝫ. qꝛ nūc frigus. nūc eſtus
fames ꝛ ſitis ſanꝰ ꝛ infirmꝰ. letꝰ ꝛ triſtis
riſus ꝛ fletꝰ: diues ꝛ paup. viuꝰ ꝛ mortu
us. vt patet Iob. xiiij. Nunq̄ꝫ in eodē ſta
tu ꝑmanet. Itē Iob. xiiij. Homo natꝰ de
muliere breui viuens tēpore repletur mul
tis miſerijs. Unde refert ſolinus de bar-
baris ꝙ q̄n pueri naſcunt tunc magnum
planctū faciūt. ꝛ quādo moriunt magnū
feſtū. Et beatus Hiero. refert de quadam
terra vbi vxores cū maritis ſepeliunt eli
gentes potius mori q̄ꝫ
ī miſeria viuere. Quar
ta conſideratio eſt in-
utilitatis ꝛ damnifica
tionis. quia luctus et
triſticia dānificant ho
minem in corpore ꝛ in
anima. ſm illud Eccle
ſiaſtici. xxx. Mltos oc
cidit triſticia ꝛ non eſt
vtilitas in ea. Un̄ ꝓuer. xxv. Sicut tinea
veſtimento. Vermis ligno. ita triſticia no-
cet cordi. Etiā nocet aīe defuncte. qꝛ ta-
les ꝓpter nimiā triſticiā erūt indeuoti et
indiſpoſiti ad orandū ꝛ ſuffragandū aīa
bus. Et ſic aīe puerorꝫ ꝛ ꝯſanguineorꝫ re
tardant. Exēplū de hoc q̄re in ꝓmptua-
rio exēplorꝫ diſcipuli. Q. xcvij. Quita cō
ſideratio eſt future reſurrectiōis in q̄ lete
ad vitā reducet q̊ hic deplāgit. Un̄. i. ad
Theſ. iiij. Nolumꝰ vos ignorare de dor-
mientibꝰ vt nō cōtriſtemini ſicut ceteri q̊
ſpem nō habent. Nā q̊libet xp̄ianꝰ crede
re debet reſurrectionē. ꝛ ſi hic charus ꝛ fi
delis tibi fuit. milleſies tibi charior erit
in celo. Et ſi hic tibi vtilis fuit. milleſies
tibi vtilior erit in celo. qꝛ oīa merita tecū
cōdiuidet. Un̄ Anſel. Unuſq̊ſqꝫ tātū gau
det de alterīꝰ merito q̄ntū de ſuo ꝓprio.

## Dominica viceſima ſexta poſt octauas penthecoſtes Euang. ſm Lucā. xiiij.

# In illo tempore

Cum intraret ieſus ī domū cuiuſ-
c dā Lu. xiiij. Mat. xij. Hoc ſignū
ꝛ hāc phariſeorꝫ īcrepatiōeꝫ fecit
dn̄s ih̄s anno eꝰ. xxxij. ſabbato. v. nonaſ
octobris. luna. xiij. inditiōe. v. Un̄ initiū
illiꝰ euāg. ſcribit. s. Lucas. in p̄cedēti ca
pi. ꝙ q̊dā dixit ad ieſū. Dn̄e ſi pauci ſunt
q̊ ſaluant. Ipe aūt dixit ad illos. Cōten
dite intrare ꝑ anguſtā portā qꝛ multi di-
co vob̄ q̄rent intrare ꝛ nō poterūt. Cū aūt
intrauerit paterfamilias ꝛ clauſerit oſtiū
incipietis foris ſtare ꝛ pulſare ad oſtium
dicentes. Dn̄e aperi nobis. Et rn̄dēs di-
cet vobis. Neſcio vos vn̄ ſitis. Tūc inci
pietis dicere. manducauimꝰ corā te ꝛ bi-
bimꝰ ꝛ in plateis noſtris docuiſti ꝛ dicet
vobis. Neſcio vos vnde ſitis. diſcedite a

Cũ intraret ieſus in domuʒ cuiuſdã pricipis phariſeoꝝ ſabbato mãducare panem. Et ipſi obſeruabant eũ. Et ecce hõ quidaʒ hydropicus erat ãte illũ. ⁊ reſpõdẽs ih̃s dixit ad legiſꝑitos ⁊ phariſeos. Si licet ſabbato curare. Et illi tacuerũt. Ip̃e vero apprehẽſum ſanauit eum ac dimiſit. Et reſpõdenſ ad illos dixit. Cuiꝰ veſtrũ aſinus aut bos in puteũ cadet et nõ cõtinuo extrahet illũ die ſabbati. ⁊ nõ poterãt ad hec reſpõdere illi. Dicebat autẽ ad inuitatos parabolã intẽdens quõ primos accubitos eligerẽt dicẽs ad illos. Cũ inuitatꝰ fueris ad nuptias nõ diſcũbas in primo loco. Ne forte honoratior ſit inuitatꝰ ab eo. ⁊ veniẽs is q̃ te ⁊ illũ vocauit. dicat tibi. da huic locum. Et tunc

me operarij iniq̃tatis. ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ. Et tũc poſtmodũ ſeq̃t̃ euãgeliũ hodiernũ (Cũ intraret ieſus in domũ cuiuſdã ꝑncipis phariſeoꝝ) Hor. ĩ domo principis phariſeoꝝ ⁊ alioꝝ aduerſarioꝝ ſuoꝝ comedit xp̃s. ⁊ hoc ꝓpter eoꝝ edificationẽ ⁊ ꝓpter ꝑfecte charitatis oſtenſionẽ q̃ eſt diligere inimicos. vtʒ Luce vi. Diligite inimicos vr̃os ⁊c̃. (ſabbato mãducare panẽ) Hor. nomine panis. vite neceſſaria deſignãt̃. Intrauit autẽ ad comedẽdũ nõ fercula voluptatis ſ; panẽ neceſſitatis. Lyra. Iſte ꝑnceps phariſeoꝝ ĩuitauit xp̃m malicioſe. ⁊ non ex deuotione. Unde ſubdit (⁊ ipſi obſeruabãt eum) Ly. Attendẽtes ſi inter epulas aliquid diceret aut faceret vnde eum poſſent accuſare (⁊ ecce hõ q̃dã hydropicꝰ) Ly. Hydropicꝰ dr̃ ab hydor qđ eſt aq̃ q2 hydropicꝰ hʒ aquã inter carnẽ ⁊ cutem et hoc ẽ ꝓpriũ hydropici. ꝙ q̃nto plus bibit tãto plꝰ ſitit (erat ante illum) Cyrillꝰ dicit ꝙ ille nõ petiuit a xp̃o ſanari timore phariſeoꝝ. ſ; ſolũ ſe oſtendebat vt xp̃us vidẽs eũ eiꝰ miſereret̃ (⁊ r̃ndeus ieſus dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos) Lyra. nõ reſpondit ipſis ad verba. quia queſtio non ꝓponebat̃. ſ; ad cogitatiões eoꝝ reſpondit. Unde Beda. Per hoc oſtẽdit ſe eſſe verũ deũ. qui ſolus nouit corda hominũ (ſi licet ſabbato curare) Hor. i. ſi licʒ opera pietatis ⁊ miſericordie facere ſine ſabbati violatione cuiuſmodi opus eſt infirmũ curare (at illi tacuerũt) Beda. Merito tacent qui contra ſe dictũ quicq̃d dixerint vident. Si enim licet ſabbato curare cur ipſum obſeruãt. Si nõ licet cur pecora curant (ipſe vero apprehenſum ſanauit eũ) Ly. quia ꝑ ĩpoſitionẽ manꝰ ipſum curauit: ⁊ poſtmodũ manũ retraxit (ac dimiſit) ſcʒ abire corporalr̃ ſanatũ (⁊ r̃ndens ad illos dixit. cuiꝰ veſtrum aſinꝰ aut bos in puteũ cadet ⁊ nõ cõtinuo extrahet illum in die ſabbati) Hor. q. d. Si ſabbatũ nõ frangitis ſubueniendo pecoribꝰ q̃nto minus frango ipſũ ſubueniendo hoĩbus. (⁊ nõ poterant ad hec r̃ndere illi) Lyra. tãq̃ꝫ confuſi euidenti rõne. Sed notanduʒ ꝙ magna fuit phariſeorum malicia. quia plus curabant de aĩalibꝰ q̃ꝫ de homĩbus. Sic ⁊ multi plebani et prelati maiorẽ curã habẽt de rebus tp̃alibꝰ q̃ꝫ de animabus. vñ Chryſ. Cadit aſina ⁊ eſt qui ſubleuet: perit aĩa ⁊ nõ eſt qui recogitet (dicebat autẽ ad inuitatos parabolã iſtã) Ly. confutando eos de ſuꝑbia ⁊ ambitione ĩdebita (intendẽs quõ primos accubitꝰ eligerẽt) Hor. id eſt quõ de primis accubitis obtinendis laborarent (cũ inuitatꝰ fueris ad nuptias) Cyrillus. ad nuptias celeſtes de q̃bus dicit̃ Apoc̃. xix. Btĩ qui ad cenã agni nuptiarũ vocati ſunt (nõ diſcũbas in primo loco) ille in p̃rĩo loco diſcũbit q̃ ſe in corde prefert alijs. Sicut phariſeꝰ q̃ dixit. non ſum ſicut ceteri hoĩm. Scd̃o dignitatẽ ſeu prelaturã indebite ambiẽdo ſicut lucifer. vñ Eſa. xiiij. Ero ſilis altiſſimo (ne forte honoratior te ſit inuitatꝰ ab eo. ⁊ veniẽs his q̃ te ⁊ illũ ĩuitauit dicat tibi: da huic locũ

Et tunc incipias cũ rubore) id eſt cũ con
fuſione(nouiſſimũ locũ tenere. ſed cũ vo
catus fueris ad nuptias. vade ⁊ recũbe ĩ
nouiſſimo loco)ſcȝ minorẽ te alijs repu/
tãdo. Sicut apl's fecit qui dixit: ego ſum
minimꝰ apoſtoloꝝ(vt
cũ veneris qui te inui/
tauit dicat tibi. Amice
aſcende ſuperius) ſcȝ
in preſenti ꝑ gratiam ⁊
in futuro ꝑ gloriam(⁊
tunc erit tibi gloria co
ram ſimul diſcumben/
tibus).i. in eadẽ bea/
titudine quieſcentibꝰ
(quia oĩs qui ſe exal/
tat)ſcȝ ſupbiendo(hu
miliabitur) neceſſario
hic vel in futuro. Un/
de Prouerbioruȝ.xx.
Superbũ ſequitur hu
militas(⁊ qui ſe humi
liat) voluntarie ex cor
de(exaltabit) hic vel
in futuro. ſicut oſtẽdit
beatus Gregoriꝰ qua/
druplici exẽplo dicẽs.
Pupilla oculi quãto eſt nigrior tanto lu
cidior. candela quãto magꝭ inclinat: tan
to maiori luce ꝓfundit. Arbor quãto ꝓ/
fundius radicat tanto altius creſcit. Aq̃
quanto magis deſcendit deorſum tanto
magis aſcendit ſurſum. Sic hõ quanto
magis vileſcit ſibi ⁊ inclinat ꝑ humilita/
tem tanto magis lumĩe gratie ⁊ glorie re
pletur: Et quãto magis deſcendit humi/
liando ſe tanto magis aſcendit ad deum
Unde circa pñs euangeliũ vbi dr̃. Et ipſi
obſeruabãt eum. Querit hic an xp̃s de/
buit tenere vitam ſolitariã aut ſocialem.
Rñdeo ꝙ cõſiderato fine ad quẽ venerat
tũc magis decuit eũ tenere vitã ſocialem
q̃ȝ ſolitariã. Venerat eñ primo ad oſten/
dendũ ſe verũ deum ⁊ hominẽ qḋ oporte
bat opibus approbare: ⁊ ſic vitã ſocialeȝ
tenere. Scḋo venerat ad nos informãdũ
moribꝰ ⁊ exẽplis q̄ non potuiſſet ſolitarie
ſemꝑ ſtando. quare decuit eũ vitã ſocialẽ
tenere. Tercio venerat ad liberandũ nos
tã ab infirmitatibꝰ corporalibꝰ q̃ȝ ſpũali/
bus. quare decuit eũ talẽ vitam tenere vt

cũ rubore nouiſſimũ locum
tenere. Sed cũ vocatus fue
ris vade ⁊ recũbe in nouiſſi
mo loco. vt cũ venerit q̇ te ĩ
uitauit dicat tibi amice aſcẽ
de ſuperius. tũc erit tibi glo
ria corã ſimul diſcũbentibꝰ
qꝛ oĩs qui ſe exaltat humili=
abit. ⁊ q̇ ſe hũiliat exaltabit

Dñica .xviij. pꝰ octauas
penthecoſtes Euãgeliũ ſm̃
Matheũ.xxij.

In illo tempore

ſe domeſticũ hoĩbus oſtendendo eos at/
traheret ad bonũ: verbo: exẽplo et cõſide
ratione. ⁊ ſic eũ feciſſe oſtẽdũt euãgeliſte
dicẽtes. ꝙ ibat de ciuitate in ciuitatẽ et ĩ
caſtella ⁊ in villas. et de iudea in galyleã
⁊ econuerſo. Et multũ
laborabat ꝑ̄dicando.
infirmos ſanãdo. ⁊ mi
racula faciẽdo vt da/
ret poſteris intellige/
re ſe talẽ vitaȝ elegiſſe
que eſſet nobis magis
vtilis ⁊ melior ⁊ vtili/
or ⁊ tutior. quia frater
qui iuuat a fratre. eſt
vt ciuitas munita ⁊ fir
ma. Et ve homini ſoli
quia ſi ceciderit nõ ha
bet ſubleuantẽ ſe.

p Harisei audi/
entes ꝙ ibꝰ ⁊c.
Mathei. xxij.
Marcẽ.xij. Lu.xx. Hãc
diſputationẽ cũ phari
ſeis fecit dominꝰ ieſus
Anno eius. xxxiij. xi.
kal'. aprilis. feria.iij. lu
na.xij. inditiõe.vi. Ly. Pro intellectu il
liꝰ euãgelij. notandũ ꝙ inter iudeos q̇dã
erãt q̇ vocabant ſaducei. q̇ recipiebãt tã
tũ q̇nqȝ libros moyſi ⁊ dicebãt aĩam ho/
minis eẽ mortalẽ. ⁊ ꝑ ꝯñs negabant re/
ſurrectionẽ corpoꝝ. Et iſti ſaducei acceſ
ſerũt ad ieſum ⁊ interrogauerũt eũ dicen
tes Nũeri.xxij. Moyſes dixit. Si q̇s mor
tuꝰ fuerit nõ habẽs filiũ ducat frater vxo
rẽ eiꝰ vt ſuſcitet ſemẽ frĩs ſui. Erãt autẽ
apḋ nos ſeptẽ frẽs ⁊ ꝑ̇mꝰ vxore ducta de
functꝰ ẽ ⁊ nõ hñs ſemẽ reliq̇t vxorẽ fratri
ſuo. Silr̃ ſcḋs ⁊ terciꝰ. vſqȝ ad ſeptimuȝ
Nouiſſime ãt oĩm mlr̃ defuncta ẽ. In re/
ſurrectiõe g̃ cꝰ erit de ſeptẽ vxor. oẽs eñ
hũerũt eã. Scp̃tũ ẽ Deut. xxv. Qñ habi
tauerint frẽs ſil' ⁊ vnꝰ ex eis abſqȝ liberꝭ
mortuꝰ fuerit vxor defuncti nõ nubet al/
teri ſȝ accipiet eã frat' eꝰ ⁊ ſuſcitabit ſemẽ
frĩs ſui. ⁊ ꝓgenitũ ex ea filiũ noĩe illiꝰ ap
pellabit vt ñ deleat nomẽ eꝰ ex iſrl'. Cũ ãt
noluerit accipe vxorẽ frĩs ſui q̄ ei lege de
bet ꝑget mlr̃ ad portã ciuitatis. ⁊ inꝑells
bit maiores natu dicetqȝ. Nõ vult fr̃ viri

Phariſei audiẽtes ꝙ ieſus ſilẽtiũ impoſuiſſet ſaduceis cõuenerũt in vnũ ⁊ interrogauit eũ vnus ex eis legiſdoctor tẽtãs eũ. Magiſter quod ẽ mãdatũ magnũ ĩ lege ait illi ieſus. Diliges dñꝫ deũ tuũ ex toto corde tuo. ⁊ in tota aĩa tua. ⁊ ĩ tota mẽte tua. Hoc ei ẽ maxim ⁊ ꝑmũ mãdatũ. Scdm autẽ ſile ẽ huic. Diliges ꝓximũ tuum ſicut teipſuꝫ. In his duobꝰ mãdatis vniuerſa lex pẽdet et ꝓphete. Cõgregatis aũt phariſeis. interrogauit eos ieſus dicẽs. Quid vob̃ videt̃ de xp̃o cuiꝰ filiꝰ ẽ. dicũt ei. dauid. ait illis. quõ ergo dauid in ſpũ vocat eũ dominum dicẽs. Dixit dominus dño meo ſede a dextrĩ meis

mei ſuſcitare ſemen fr̃is ſui ĩ iſrl̃. nec me ĩ ꝯiugiũ ſumẽ. Statimqꝫ accerſiri eũ faciẽt ⁊ int̃rogabũt. ſi rñderit nolo eã accipe vxorem. accedat mulier ad eũ corã ſeniorībꝰ ⁊ tollet calciamẽtũ de pede eiꝰ ſpuetqꝫ in facieꝫ illiꝰ ⁊ dicet. Sic fiet hoĩ qui ñ edificat domũ fr̃is ſui. ⁊ vocabitur nomẽ illiꝰ in iſrl̃ domꝰ diſcalciati. Reſpondẽs aũt ieſus ait illis. Erratꝭ neſciẽtes ſcripturas neqꝫ v̾tutẽ dei. In reſurrectõe eñi neqꝫ nubẽt. Ly. i. viri ñ accipiẽt vxores. neqꝫ nubent̃. i. mulieres ñ accipient̃ a viris. ſꝫ ſũt ſicut angeli. ſcꝫ incorruptibiles ĩmortales. Hor. In hoc ſcl'o moriimur ergo naſcimur. ſꝫ in futura vita nullꝰ moritur ergo nullꝰ naſcit̃. Ideo poſt reſurrectionẽ generalẽ hoĩes nõ nubẽt neqꝫ nubentur. Et audiẽtes turbe mirabant̃ ĩ doctrina eiꝰ. ſcꝫ ꝙ ita prudent̃ rñderet. Tũc ſtatĩ ſeq̃t̃ euãgeliuꝫ ho. (Phariſei aũt audiẽtes ꝙ ieſus ſilentiũ ipoſuiſſꝫ ſaduceis) Ly. Licet eĩ phariſei contrarij eſſent ſaduceis in opinione de aĩe immortalitate ⁊ de mortuoꝝ reſurrectiõe. tñ cõueniebãt cum eis in xp̃i pſecutõe. Et idõ audiẽtes ꝙ ſilentiũ ipoſuiſſet eis (cõueneri ĩ vnũ) Ly. ad ĩuadendũ xp̃m ⁊ venerũt ad ip̃m ĩ magna multitudine ad magꝭ eũ terrendũ (⁊ int̃rogauit eũ vnꝰ ex eis legiſdoctor) Ly. Ideo vnꝰ vt ſi cõfuſus eſſet ſolꝰ videret̃ cõfundi. Si aũt vinceret oẽs viderent̃ ꝑ ip̃m viciſſe. ſm qd̃ dicit Criſ. (tentãs eũ) ſcꝫ capere in ſmone) mgr̃ qd̃ eſt mãdatũ magnũ in lege) Vñ Criſ. Magiſtꝝ vocat cuiꝰ nõ vult eſſe diſcipulus (ait illi ieſus Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo)

Iſido. Ex toto corde vt oẽs cogitatõnes in eum reflectas (in tota aĩa) vt oẽs affectiones in deũ cõuertas (⁊ in tota mente tua) ⁊ oẽs q̃nqꝫ ſenſus xp̃o vacent. Unde beatus Bernardus. toto corde. id eſt ſapiẽter. tota aĩa. id ẽ dulciter. tota mente. i. fortiter (hoc eſt maximũ ⁊ primũ mandatũ) ſcꝫ in dignitate. q2 charitas ẽ maior ⁊ dignior oĩbꝰ v̾tutibꝰ (ſcdm aũt ſimile ẽ huic. Diliges ꝓximũ tuum ſicut teip̃m) Lyra. i. in eandem beatitudinem ad quã diligis te (in his duobꝰ mãdatis vniuerſa lex pẽdet ⁊ ꝓphete) Lyra. quia oĩa p̃cepta ordinant̃ ad dilectionem dei ⁊ ꝓximi. quia tria p̃cepta prime tabule ꝑtinẽt ad dilectionẽ dei. Et p̃cepta ſecunde tabule ꝑtinent ad dilectionem ꝓximi. Unde Chryſoſtomꝰ. Nã poteſt hominẽ odire qui deũ amat. Nec poteſt deũ amare qui hoĩem odit. Magiſter. in. ij. diſt. xxviij. Qui deum diligit nõ põt eum contemnere quẽ deus precepit diligi. ⁊ qui diligit proximum quid in eo diligit niſi deũ. igitur vera ⁊c̃. (congregatis autem phariſeis) Horra. ſcꝫ qui ad tentandum venerant: int̃rogauit eos ieſus dicens. Quid vobis videt̃ de xp̃o) id eſt de meſſia in lege ꝓmiſſo (cuius filius eſt. dicunt ei. dauid) ſicut dicitur in pſalmo. cxxxi. De fructu ventris tui ponã ſuper ſedeꝫ tuã (ait illis. quõ ergo dauid in ſpiritu) id eſt ſpiritu ſancto inſpiratus (vocat eũ dominũ dicẽs) in pſ̃. cix. (dixit dñs dño meo) id eſt filio ſuo (ſede a dextris meis) id eſt in equalitate mea ſm ꝙ deus vel in potioribus bonis pre omnibus creaturis.

(donec ponā inimicos tuos ſcabellū pe-
dum tuoꝝ) Ly. iſtud cōplebit in iudicio
qn̄ oīa pfecte ſubijcient ieſu xp̄o (ſi autē
dauid vocat eū dn̄m ſuū quō fili⁹ eius ē)
Hoꝛ. eſt em̄ xp̄s fili⁹ dauid ⁊ etiā dn̄s da-
uid. Filius dauid fuit
ſm carnē ⁊ dn̄s dauid
ſm deitatē. Et ſic re-
ſtat ꝙ xp̄s eſt de⁹ ⁊ hō
(et nemo potuit ei re-
ſpondere verbū) Non
īmerito. cum ſeruo xp̄i
ſcʒ ſcō ſtephano diſpu
tantib⁹ iudeis ⁊ pha-
riſeis nō poterant reſi
ſtere nec contradicere
ſpiritui qui in eo loq̄-
bat. Multomin⁹ xp̄o
qui ē fons ſapiē ⁊ grē
(nec auſus fuit q̄ſq̄
ex illa die eū amplius
interrogare) ꝓpter timo
rem ſimilis cōfutatio-
nis. Vn̄ Hiero. Confu
tati ſermonibus vltra
nō interrogant. ex his
oñdit ꝙ non ex deſide
rio diſcendi ſ ex mali-
cia tentandi eum interrogabāt. Circa
p̄ſens euangeliū vbi d̄r. Diliges ꝓximū
tuū ſicut teipm̄. dicit Hugo de prato ꝙ oꝛ
do charitatis eſt vt deus ſup oīa diligat
Scd̄o oīa ꝓpria. Tercio aīa ꝓximi ⁊ ma-
gis q̄ vita ꝓpria. Vn̄ hic queritur vtrum
mori pro ſalute ꝓximi ſit de neceſſitate ſa
lutis. Reſpondet Hugo de prato. ꝙ mori
pro ꝓximo eſt pfecte charitatis que non
requirit de neceſſitate ſalutis. ſed ſolum
eſt in viris perfectis hoc multi doctores
tenent. Unde Hugo. Non tenemur ita p
fectā habere charitatē ſicut xp̄us habuit
nec conſilia que xp̄s obſeruauit tenemur
obſeruare. Sed hoc eſt maius ⁊ pfectius
qd̄ vn⁹ alteri poſſit facere ſcʒ mori ꝓ xp̄o
Vn̄ Joh. xv. Maiorē charitatē nemo hʒ
q̄ vt animā ſuā ponat quis ꝓ amicis ſuis
Vn̄ Aug⁹. Perfecta iſta charitas ē vt pa
ratus ſit quis mori ꝓ fratrib⁹ ſuis.

Scendens ieſus in naviculā ⁊c.
Mathei. ix. Luce. v. Hoc ſignū
fecit dominus ieſus Anno eius
xxxi. xij. kal. ſeptembris. feria quinta. lu-
na. xxiiij. inditione. iiij. Ante initiū illius
euangelij ſcribit ſanctus matheus ꝙ xp̄o
veniente in regionē geraſenoꝝ occurrit
ei homo habens multos ſpiritus īmun
dos. Qui ſepius com
pedib⁹ ⁊ cathenis vin
ctus diſrupit cathenas
⁊ compedes cōminuit
⁊ nemo potuit eum do
mare: et ſemper nocte
ac die in monumentis
⁊ montib⁹ erat clamās
⁊ concidens ſe lapidi-
bus. Videns autē hie
ſum alonge cucurrit ⁊
adorauit eū. Et inter-
rogabat eum hieſus.
Quod tibi nomen eſt.
Et dixit ei. legio mihi
nomen eſt. quia multi
ſumus. Erat ibi circa
montē grex porcorum
magn⁹ paſcēs in agris
⁊ deprecabant eū ſpi-
ritus dicētes. ſi eijcis
nos hinc mitte nos in
porcos. vt introeam⁹
in eos. Et conceſſit eis ieſus ſtatim. ⁊ ex-
euntes ſp̄us immūdi introierunt in por-
cos. Et magno impetu grex p̄cipitatus
eſt in mare ad duo milia porcoꝝ. ⁊ ſuffo-
cati ſunt in mari. Paſtores autem fugie
runt ⁊ nūciauerūt in ciuitatē ⁊ in agros.
Et egreſſi ſunt videre quid eſſet facti. Et
vidēt eū q̄ a demonio vexabat ſedentem
veſtitū ⁊ ſane mētis. ⁊ rogabant ieſum vt
trāſiret a finib⁹ eoꝝ (⁊ aſcēdēs ieſus ī na
uiculā) Ly. vt p nauigiū de t̄ra geraſeno
rū rediret in galyleam vn̄ illuc venerat (⁊
venit ī ciuitatē ſuā) ſcʒ capharnaū q̄ fuit
metropolis galylee. Et d̄r ciuitas ſua. qꝛ
frequēter ibi habitabat. Et in p̄ncipio p̄-
dicationis ſue multa miracula ibi fecit. ſi
cut ⁊ bethleē fuit ſua: qꝛ in ea naſci elegit
Et etiā nazareth ſua: qꝛ in ea ānūciat⁹ eſt
⁊ nutrit⁹ fuit (⁊ ecce offerebāt ei paraliti-
cū) Mod⁹ aūt offerēdi deſcribit Mar. ij.
qꝛ nō potētes ītrare ad xp̄i p̄ſētiā ꝓpt tur-
bam circūſtantē de tecto dom⁹ ſbmiſerūt
eū ī lecto ⁊ h̄ fuit magnū ſignū fidei ipoꝝ

donec ponā inimicos tuos
ſcabellū pedū tuoꝛū. Si er-
go dauid vocat eū dominū
quō filius ei⁹ eſt. Et nemo
poterat ei reſpōdere verbū
nec auſus fuit q̄ſq̄ ex illa die
eū amplius interrogare.

Dn̄ica decimanona poſt
octauas penthe. Euāgeliū
ſm Matheum. ix.

# In illo tēpore

Aſcendēs ieſus in na-
uiculā tranſfretauit ⁊ venit
in ciuitatē ſuā. Et ecce offe-

ꝓpteer qꝺ̄ ſequit̃ (videns aūt ieſus fidē illoꝝ) Lyr. ſ. paralitici ⁊ offerentiū (Ait paralitico. Cōfide fili remittunt̃ tibi peccata) Li. ad bonū medici ꝗ primo remouet cām morbi ⁊ tunc poſtmodū intendit curationi. Infirmitas aūt hec fuit īflicta paralitico ꝓpter peccatū ⁊ iō xp̄s primo remouet cām dicens (remittunt̃ tibi peccata tua) Ad maiorē p̄dictoꝝ intelligentiā ſciendū ꝙ infirmitas corporalis infligitur alicui a deo multis de cauſis Primo ꝓpter ꝓbationē patientie. ſicut in Job et ⁊ thobia excecato. vñ Thob. ij. Hanc tentationē iō ꝑmiſit deꝰ euenire illi vt poſteris daret̃ exemplū patientie eiꝰ. Secundo ꝓpt̃ humiliationē alicuiꝰ ne ī ſuꝑbiā eleuet̃. ſicut in paulo apl'o: vt patz. ij. Corin. xij. Ne magnitudo reuelationū extollat me datꝰ eſt mihi ſtimulꝰ carnis mee angelꝰ ſathāe ꝗ me colaphizet. Tercio ad gloriā dei manifeſtandaꝫ ſicut de ceco nato dicit̃ Job. ix. Neqꝫ hic peccauit. neqꝫ parentes eiꝰ. vt cecꝰ naſceret̃. ſ; vt maīfeſtent̃ oꝑa dei ī illo. Quarto infligit̃ ꝓpter peccati cōmiſſi purgationē. ſicut ptz in maria ſorore Moyſi murmurante cōtra moyſen ꝗ fuit facta ꝓpter hoc ad tp̄us leproſa. ⁊ in paralytico iſto de quo fit mentio in euāgelio hodierno. Quinto ꝓpt̃ punitionē pctōꝝ. ſic ꝙ deꝰ incipit pctōrē in hoc mundo punire vt in eternū puniat̃. ſicut ptz in anthiocho in vete. teſta. ⁊ etiā in herode in nouo teſtamento ꝗs ambos diuina vltio tali morbo ꝑcuſſit vt putreſcerēt ⁊ viſcera ab ipſis fluerēt. ꝗ morte mirabili mortui ſunt ⁊ in p̄ñti incepit eoꝝ infernꝰ ⁊ durabit im

rebāt ei paraliticū iacētē in lecto. Videſ aūt ieſus fidē illorū dixit paralitico. Confide fili remittūr tibi pccata tua. Et ecce ꝗdā de ſcribis dixerūt intra ſe. hic blaſphemat. ⁊ cū vidiſſet ieſus cogitatiōes eorū dixit eis. vt ꝗd cogitatis mala ī cordibꝰ veſtris quid eſt facilīꝰ dicere. Dimittunt̃ tibi pctā tua an dicere ſurge ⁊ ābula. Ut āt ſciatis qm̄ filiꝰ hoīs habet poteſtatē in terra dimittēdi peccata tunc ait paralitico. Surge tolle lectū tuū ⁊ vade in domū tuā ⁊ ſurrexit et abijt in domū ſuā. Videntes aūt turbe timuerūt ⁊ glorificauerūt deū ꝗ dedit poteſtatē talē homibus.

ꝑpetuū. Hiere. xvij. Duplici cōtritiōe cōtere eos dñe (⁊ ecce ꝗdā de ſcribis). i. legiſꝑitis (dicebāt intra ſe). i. cogitabāt q2 ꝟbis hec exprimē nō audebāt ꝓpt̃ ppl'm (hic blaſphemat). i. qꝺ̄ dei eſt ſibi vſurpat. Blaſphemare eſt creature attribuere illud qꝺ̄ eſt ꝓpriū dei. dimittere aūt peccata ſoli deo cōuenit. Per h̄ igit̃ xp̄o blaſphemiaꝫ imponebāt. q2 pctā dimittebat ptz ꝙ negabant xp̄m eē deū dicētes ip̄m eē puꝝ hoīem (⁊ cū vidiſſet ieſus cogita. eoꝝ) ſuꝑ. iniquaſ ꝗs habebāt cōtra euꝫ imponebāt ſibi blaſphemiā (dixit vt ꝗd cogitatis ma. in cor. veſtris) ⁊ ī hoc oñdit ſe xp̄s eē deū. Uñ Criſo. Solꝰ dei ē cognoſcere cogitationes hoīm (ꝗd eſt facilius dicere dimit. tibi pec. tua). i. ſolo ꝟbo efficere. vt dimittant̃ tibi pctā tua an dicere (ſurge ⁊ ambula). i. in ꝟbo efficere aliquis paralyticꝰ ſurgat ſanꝰ ⁊ ambulet (vt āt ſciat̃ vos) phariſei (q2 filiꝰ hoīs). id eſt ꝟginis (habꝫ poteſtatē dimit. pec. in terra) Ly. vt deꝰ: non vt purꝰ hō (tunc ait paralytico: ſurge tol lectū tuū ⁊ vade in domū tuā: ꝗ ſtatī ſurrexit) ad imperiū ieſu xp̄i (⁊ abijt in domū ſuā) Ly. in ſignū ꝑfecte curatiōis (videntes aūt turbe). ſ. miraculū factū ī paralytico (timuerūt) Lyra. imponere blaſphemiā (⁊ gl'ificauerunt deū ꝗ dedit poteſtatē talem). i. xp̄m ꝗ eſt ꝟtus dei p̄ris (hoībus). i. ad ſalutem hoīm. Uñ circa p̄ñs euangeliū vbi dicit̃. Dimittunt̃ tibi peccata tua. Notandū ꝙ Hugo de prato dicit ꝙ deus miſericorditer recipit pctōres de hoc habemus exemplū in multis. Nam petrꝰ cū iuramento negauit xp̄m ⁊

poſtea fleuit. et chꝛiſtus miſericoꝛditer ſi
bi indulſit. ⁊ in gradū pꝛiſtinū eum reſti/
tuit. vtꝫ Joh. xxi. Paſce oues meas Itē
Maria magdalena cū multꝭ foꝛnicata ē.
⁊ poſtea acceſſit verecunda ⁊ cuꝫ magna
cōtritōe ⁊ fide ad xp̄m
⁊ ſaluata eſt. vt patet
Lu. vij. Fides tua ſal
uā te fecit. Itē Pau/
lus apl's pſecut⁹ ē ec/
cleſiā dei ⁊ ſtephanuꝫ
iuuit lapidare: ⁊ poſt/
ea dixit. Dñe quid me
vis facere. Actu. ix. ⁊
poſtmodū fact⁹ ē do/
ctoꝛ gentiū ⁊ lumē ec/
cleſie. Itē latro in cru
ce antea multa latroci
nia ⁊ ſcelera commiſit
⁊ poſtea dixit. Memē
to mei dñ venerꝭ in re/
gnū tuū. Luc. xxiij. Et
criſt⁹ plus ei dedit q̄ꝫ
petiuit. Hodie inquit
mecū eris in paradiſo
Chariſſimi: imitemur
iſtos ⁊ nō ſim⁹ ſicut iudas q̄ de dei miſeri
coꝛdia deſperauit ⁊ laqueo ſe ſuſpendit.
Math. xxvij. In quo deū graui⁹ offendit
q̄ꝫ ꝙ xp̄m p. xxx. denarijs vendidit. Vñ d̄
hoc d̄r in decretis. Judas magis pecca/
uit deſperando q̄ꝫ xp̄m tradendo. xxiij. q.
iij. Sꝫ nō licet. Non etiā ſicut cayn q̄ ait.
Maioꝛ eſt iniquitas mea q̄ꝫ vt veniā me/
rear Gen. iij. Vñ Bern. Mentiris cayn.
Maioꝛ eſt dei pietas q̄ꝫ queuis iniq̄tas.
Sequit̄ in euangelio. Quidā de ſcribis
dixerunt intra ſe hic blaſphemat Vbi no
tandū. ꝙ trib⁹ modis blaſphemat̄ deus
Primo dū q̄d attribuit̄ deo vl' imp̄cat̄
ei qd̄ ſibi nō cōuenit. vt ꝙ ſit mal⁹ iniuſt⁹
maledict⁹ ⁊c̄. Scd̄o cū q̄s remouet a deo
qd̄ ei cōuenit. dicendo ꝙ nō ſit omnipo/
tens miſc̄oꝛs ⁊ iuſt⁹. ⁊ cetera talia. Ter
cio cū q̄s ſibip̄i attribuit qd̄ eſt ꝓpꝛiū dei
ſcꝫ pctā dimittere ⁊ curare. Et iſto tercio
mō dicebant iſti ꝙ xp̄s blaſphemabat. qꝛ
qd̄ erat ꝓpꝛiū dei. ſ. pctā dimittē. ſibi attri
buebat di. dimittunt̄ tibi pctā tua. h̄ ille.

ſ Jmile factū eſt regnū celoꝝ ho/
mini regi q̄ fecit nuptiaſ filio ſuo

## Dñica viceſima. poſt octa uas pēthecoſtes Euāgeliū ſm Matheū. xxij.

**A illo tempoꝛe** loquebat̄ ieſus cū diſcipulꝭ ſuis in parabolis dicēs. Si mile factū eſt regnū celoꝛuꝫ homini regi q̄ fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſu os vocare inuitatos ad nu/ ptias ⁊ nolebāt venire. Jte miſit alios ſeruos dicens di cite inuitatis ecce pꝛandiuꝫ

⁊c̄. Mat. xxij. Lu. xiiij. Hanc hyſtoꝛiā di/
xit dñs Anno ei⁹. xxxiij. xi. kal'. apꝛilis. fe
ria. iij. luna. xij. inditiōe. vi. Ante initium
illi⁹ euāgelij ſcribit. s. Mathe⁹ in p̄cedē
ti cap̄. ꝙ xp̄s dixit p̄ncipib⁹ ſacerdotū et
ſenioꝛib⁹ iudeoꝛum.
Quid vob̄ videt̄. Hō
q̄dā habebat duos fi/
lios Et accedēs ad p̄/
mū dixit. Fili vade ho
die in vineā meā. Jlle
aūt rñdens ait. nolo.
Poſtea pnīa mot⁹ ab
ijt. accedens aūt ad al
terū dixit ſil'r. ⁊ ille re/
ſpondens ait. eo dñe.
⁊ nō iuit. Quis ex du
ob⁹ fecit voluntatem
patris. Dicunt ei pꝛi/
mus. dicit illis ieſus.
Amen dico vob̄ qꝛ pu
blicani ⁊ meretrices p̄
cedēt vos in regno di
Venit eīm ad vos Jo/
hannes in via iuſticie
⁊ nō crediditis ei: et
publicani ⁊ meretrices crediderūt ei. voſ
aūt videntes nec penitentiā habuiſtꝭ po
ſtea vt crederetis ei ⁊c̄. Tūc poſtmodū ſe
quit̄ euangeliū hodiernū (Simile factū
eſt regnū celoꝝ) Ly. i. ſtat⁹ eccl'ie militan
tis (hoī regi q̄ fecit nuptiaſ filio ſuo) tūc
eīm de⁹ pater fecit nuptias filio ſuo quā/
do naturā humanaꝫ copulauit diuine in
vno ſuppoſito Que q̄deꝫ nuptie celebꝛa
te ſunt in vtero virginali. de q̄ xp̄us exiit
tanq̄ꝫ ſpōſus p̄cedēs de thalamo ſuo (et
miſit ſeruos) Hoꝛ. i. ꝓphetas p̄cedentes
(vocare inuitatos). i. iudeos (ad nupti
as). i. ad fidē incarnatiōis xp̄i ꝓmiſſā in
patriarchis figuratiue in lege p̄dictā i p
phetis p̄nunciatā (⁊ nolebāt venire) Li.
credēdo ſcripturis qꝛ nolebāt xbis ꝓphe
tarū credere ⁊ obedire (iterū miſit. alios
ſeruos). i. apl'os q̄s miſit in omnē ciuita
tē ⁊ locū q̄ ip̄e venturus erat. vt habet̄ Lu.
x. (dicēs. dicite inuitatis. ecce pꝛandiuꝫ
meū paraui) Ly. videlꝫ ſacramēta eccle/
ſie: ⁊ doctrinā fidei ⁊ ſacre ſcripture. ex q̄
bus reficit̄ anima: ⁊ potiſſime i ſacrame
to euchariſtie in q̄ dat̄ nobis caro xp̄i in

meū parauí. Thaurí meí et altilia occiſa ſūt. ⁊ oīa pa/rata venite ad nuptias Jllí aūt neglexerūt ⁊ abierūt: aliꝰ ī villā ſuā aliꝰ vero ad negoci=atōez ſuā. Reliq̄ vero tenuerūt ſeruos eius. ⁊ cōtumelia af/fectos occiderūt. Rex autez cū audiſſet iratꝰ eſt. Et miſ/ſis exercitibꝰ ſuis perdidit homicidas illos. ⁊ ciuitatez illorū ſuccēdit. tūc ait ſeruis ſuis. nuptie quidē parate ſūt. ſ3 qui inuitati erāt nō fuerūt digni. Jte ergo ad exitꝰ viarū ⁊ quoſcūq̄ inueneritiſ vocate ad nuptiaſ. ⁊ egreſſi ſerui eꝰ ī vias cōgregauerūt oēs q̄s īuenerūt ⁊ bonos ⁊ maloſ et implete ſunt nuptie diſcūbentiū. Jntrauit aūt rex vt

in cibū. ⁊ ſāguis eiꝰ in potū (thaurí mei) id ē patres veteris teſtamenti (⁊ altilia) id ē patres noui teſtamenti pinguedine charitatis ſaginati (occiſa ſunt ⁊ oīa pa/rata). ſ. q̄cq̄d req̄rit ad ſalutē hoīm. locꝰ cibus. ⁊ veſtes (venite ad nuptias) credēdo. diligēdo operando. (Jlli autē neglexerūt) qꝛ nō timuerūt dominum q̄ eī timet deū nihil negligit. Unde hic queritur vtrū negligētia ſit peccatū mortale. Rn/deo ſm Tho. q͛ negli/gentia ſi puenit ex q̄/dam remiſſione voluntatis. vt nō pcipiāt ea que debent. Si obmittant q̄ ſūt de neceſſita/te ſalutis. ſiue ſit actꝰ ſiue ſit circūſtātia erit peccatū mortale. Al' ſi volūtas ſit in tantū re miſſa vt totaliter a dei charitate deficiat: taliſ etiā negligentia ē pec/catū mortale. ⁊ hoc p̄/cipue quādo ſequitur ex contemptu. omiſſio vero circa ea q̄ nō ſunt de neceſſitate ſalutꝭ ob defectū feruoris nō eſt mortale ſ3 veniale pec catū (et abierūt alius ī villā ſuā). i. ad laborē et occupationē corporalē circa terrenarū rerū acquiſitionē (alius ad negociationē ſuā) p negociationē intelligit nimia oc/cupatio mentalis circa temporalia impe/diens diuina (reliqui vero tenuerunt ſer uos eius ⁊ cōtumelia affectos occiderūt) ſ. poſt aſcenſionē xp̄i iudei flagellauerūt apl'os oēs ſimul. ⁊ poſtmodū ſtephanuz lapidauerūt. Actu. vij. Et iacobū fratrem iohannis occiderūt Actu. xij. (Rex autez cū audiſſet iratus eſt ⁊ miſſis exercitibus ſuis) Ly. ſ. exercitū romanorū ſub princi pibus Thyto ⁊ veſpaſiano q̄ ex diuina or dinatione venerūt contra hieruſalē qua/drageſimoſecūdo anno poſt paſſionē cri

ſti (perdidit homicidas illos) qꝛ invltionē ſanguinis criſti ⁊ ſuorū diſcipulorꝫ ab ex ercitu romanorū ſūt trucidati ⁊ captiuati de iudeis vſq̄ ad decies cētū milia. vt di cit Joſephus in li. de iudaico bello (⁊ ci/uitatē illorū ſuccēdit) quia tunc ieruſalē ſuc cenſa eſt ⁊ templū ī ea (tunc ait rex ſeruis ſu is) ⁊ ſequacibus eorū per diuinā reuelatōnē (nuptie quidē parate ſunt). i. ſacramentum incarnationis paratū eſt. vt natiuitatis p̄di/catio. paſſio xp̄i. ⁊ īntro itus regni apertus eſt per paſſionē xp̄i. q̄ an te clauſus fuit (ſ3 qui ī uitati fuerāt). ſ. iudei (nō fuerūt digni) Ly. ꝓpter ſuā incredulita/tem (ite ergo ad exituſ viarū). i. ad gentes q̄ nō erāt in via mādato rū dei ⁊ ſine lege viuē tes ⁊ legem ignorātes Ad illas eī gentes iue rūt apoſtoli iudeis no lentibus fidē xp̄inam recipere. ſicut habetur Actu. xiij. dicētibꝰ pau lo ⁊ barnaba ad iudeoſ vobis oportebat p̄mo loqui verbū dei. ſ3 q̄m repellitis illud ⁊ indi gnos vos iudicatis eterne vite. ecce con uertimur ad gentes. ſic eīm p̄cepit nobis deus (⁊ quoſcūq̄ īueneritꝭ vocate ad nu ptias) qꝛ nullꝰ volēs fidē catholicā reci/pere repellendus ē (⁊ egreſſi ſerui eiꝰ). ſ. de iudea (in vias). i. ī terra gētiliū (con/gregauerunt omnes quoſcūq̄ inuenerūt bonos ⁊ malos (Ly. qꝛ in eccleſia militā te admixti ſunt boni cum malis. (⁊ im/plete ſunt nuptie diſcumbentium) Lyra quia ſides catholica diffuſa eſt per orbez vniuerſum (intrauit autem rex vt videret diſcumbentes) Lyra. intrat autem chri/ſtus dupliciter. Primo ſpecialiter ī mor te cuiuſlibet hominis. Secundo gene/

videret diſcūbētes. ⁊ vidit
ibi hominē nō veſtitū veſte
nuptiali. ⁊ ait illi. Amice q̊/
mō huc ītraſti nō habēs ve
ſtē nuptialē. At ille obmutu
tuit. tūc dixit rex miſtris. li/
gatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ eius
mittite eū in tenebꝛas exteri
oꝛes. ibi erit fletus ⁊ ſtridoꝛ
dentiū. Multi eni ſūt voca/
ti pauci vero electi.

raliter ītrabit in iudicio futuro diſcernē/
do merita ⁊ demerita cuiuſlibet hoīs (et
vidi ibi hoīem nō veſtitū veſte nuptiali)
id ē hñtem fidē ſine charitate. Nā veſtis
nuptialis eſt charitas: q̄ diuidit inter fili
os regni ⁊ pditōīs. vt
dicit Augꝰ. ( ⁊ ait illi
amice) Ly. vocat̄ aūt
peccatoꝛ amicꝰ ꝓpter
naturam quā deꝰ crea
uit q̄ bona eſt ⁊ que ad
imaginē dei facta eſt.
(quō huc intraſti). id
eſt ſacramēta eccl'ie ſu
ſcipiēdo fidē eccl'ie cō
fitendo (nō hñs veſtē
nuptialē). ſ. in chari/
tate bona opa. Uñ hie
ronimꝰ veſtis nuptia/
lis ſunt decem p̄cepta
q̄ includunt̄ in chari
tate dei ⁊ ꝓximi (at il/
le obmutuit) Ly. qꝛ in
extremo iudicio ꝓpꝛia arguente cōſcien/
tia homo peccatoꝛ cōuincit̄ ⁊ mutꝰ efficit̄
(tunc dixit rex miſtris) Ly. i. angelis exe
cutoꝛibꝰ diuine iuſticie (ligatis manibꝰ
⁊ pedibꝰ) Ly. qꝛ pꝰ moꝛtē nō poteſt pec/
catoꝛ bonū operari nec ad ſalutē reuerti
(mittite eū in tenebꝛas exteriores) pctōꝛ
in hac vita eſt in tenebꝛis interioꝛibꝰ q̄a
adhuc eſt in ſpe venie. In inferno autem
erit in tenebꝛis exterioꝛibꝰ. qꝛ erit extra
ambitum diuine miſericoꝛdie ⁊ ſine om̄i
ſpe eterne gloꝛie. vnde Beda. In infer/
no nulla eſt redemptio. nec doloꝝ miti/
gatio (⁊ ibi erit fletus) Hoꝛ. ſic exponit.
Ex vehementia ardoꝛis. (⁊ ſtridoꝛ denti
um) ex vehementia frigoꝛis. vt ptꝫ Job.
xxiiij. Tranſibunt ab aq̄s niuiū in caloꝛē
nimiū (multi em̄ ſunt vocati) Li. ad fidē
catholicā (pauci v̄o electi) ad gl'iam. Cir
ca pñs euāgeliū vbi dicit̄. Simile eſt re
gnum celoꝝ. Hugo de pꝛato dicit. i. eccle
ſia pñs: qꝛ ſicut deꝰ habitat in celis per
gl'iam. ita habitat in p̄ſenti eccl'ia in ſa/
cramento euchariſtie. vt pꝫ Math. xxviij
Ecce ego vobiſcū ſum omnibꝰ diebꝰ vſ/
q; ad cōſummatōnē ſeculi. Item ſicut in
celo ſunt quedā coꝛpoꝛa magis ⁊ minus
clara, ⁊ vnum illuminat aliud, Et quidā
ſunt illuminantes ⁊ q̇dā illuminati. ⁊ q̇/
dam magis lucēt. ⁊ q̇daꝫ minꝰ vtꝫ Dan.
xij. q̇ aūt docti fuerint fulgebunt q̄ſi ſplē
doꝛ firmamenti. ecce minꝰ lucentes. Et q̇
ad iuſticiā erudiūt multos q̄ſi ſtelle in p/
petuas eternitates ec
ce magis lucentes. ſe/
quit̄. Hoī regi. Chꝛi/
ſtus em̄ eſt verꝰ rex et
potens rex in oībꝰ. et
oēs reges excedit. q̇a
regnat in celo. in mun
do. ⁊ ī iferno. ad Phi
lip. ij. Donauit illi no
men qδ eſt ſup oē no/
men. vt in nomīe ieſu
om̄e genu flectat̄ cele
ſtiū. terreſtriū. ⁊ infer/
noꝝ. In celo enim re/
gnat p totalem ⁊ vni/
uerſaleꝫ beatoꝝ ſubie
ctionē. qꝛ ei om̄es ſan
cti ⁊ angeli ad nutum
obediūt. ⁊ ei oībꝰ ſubijciunt̄. qδ etiā q̄tī
die petimꝰ in nobis fieri. d. Fiat volun/
tas tua ſic̄ in celo ⁊ in terra. vtꝫ Mat. vi.
Regnat eī in celo p ſue gloꝛie oſtenſionē
⁊ beatā viſionē. qꝛ ibi eiꝰ maieſtas ⁊ gl'ia
demōſtrat̄. vñ ī p̄s. Oñde nob̄ faciē tuā
⁊ ſalui erimꝰ. Uñ fulgen. dei faciē ſi oēs
in carcere inferni īcluſi viderēt. nullā pe
nā nullū doloꝛē: nullāq; triſticiā ſentirēt
Itē rex nr̄ ieſus xp̄s regnat in mundo p
patientiā ⁊ miſicoꝛdiā. Nā in magna pa
tientia ⁊ miſicoꝛdia regnat ſup oēs pctō
res. Patienter eī expectat eos vt cōuer/
tant̄. ⁊ miſicoꝛdit̄ recipit eos ſi ꝯuertāt
vtꝫ Eſa. xxx. ꝓpterea expectat dñs vt mi/
ſereat̄ nr̄i. vñ etiā Hier. iij. Tu aūt foꝛni
cata es cū amatoꝛibꝰ multis. tñ reuerte/
re ad me ⁊ ego ſuſcipiā te. Sꝫ m'ti miſe/
ri pctōꝛes puiam ⁊ miam eiꝰ cōtemnūt ⁊
eoip̄o magꝭ peccāt. Uñ Eccl'. viij. qꝛ non
cito ꝓfert̄ ꝯ malos ſnīa. filij hoīm abſq;
vllo timoꝛe ppetrāt mala. Itē ſup iuſtos
regnat in magnificis gratijs ſpūalr̄ habi
tās in eis ⁊ ip̄os dirigēs ⁊ ꝓtegēs ⁊ gu/
bernans. Ip̄i eī ſūt tēplū dei ſpūale ⁊ ſpi
ritus ſctūs habitat in eis. vt dꝛ. i. Coꝝ. iij
Tēplū dei ſctm̄ ē qδ eſtis vos. Ip̄i etiaꝫ
ſūt regnū dei q̇ ꝓ honoꝛe dei ⁊ ꝓpꝛia ſa/

lute quotidie certāt cōtra diabolū: mundū ⁊ ꝓpriā carnē. Et de iſtis hoſtibꝰ triū phant. vñ Mathei. xi. Regnū celoꝝ vim patit̄ ⁊ violenti .i. cū violentia ꝑliantes rapiunt illud. Itē in inferno regnat ꝑ iuſticie executionē. q̄ꝛ effectum iuſticie. ſ. punitionē ⁊ vindictā in dānatos ibi exercet: vtꝫ Deut. xxxij. Reddā vltionē hoſtibꝰ Vñ ex h̄ ſequit̄. ꝙ ī inferno cognoſcent impij xp̄m eē regem omnipotentem q̄ hic noluerūt eum cognoſcere regē miſericordē. Sequit̄ hic ligatis manibꝰ ⁊ pedibus. Ubi Notandū ꝙ peccatoꝛ ſtrictiꝰ ligat̄ q̄ aīalia ligant̄. Nā ligat̄ memoꝛia ne recolat beneficia dei. ligat̄ voluntas ne deſideret vera bona. ligatur coꝛ ne penas inferni ⁊ moꝛtē cogitet ⁊ mala q̄ incurrit in ſtatu peccati manens. Et ſimile eſt de omnibꝰ potentijs aīe interiꝰ ⁊ exterius. q̄ oīs foꝛtiter alligant̄. Et ſicut peccatoꝛ fuit ligatꝰ in culpa ſic digne erit ligatꝰ in pena ⁊c̄.

## Dñica. xxi. pꝰ octa: pentheco. Euāg. ſm Johā. iiij.

## In illo tempoꝛe

Erat quidā regulꝰ cuiꝰ filius infirmabat̄ capharnauꝫ Hic cū audiſſet. q̄ꝛ ieſus adueniret a iudea in galileam abijt ad eū ⁊ rogabat eū vt deſcenderet et ſanaret filiū eiꝰ incipiebat eī moꝛi. Dixit ergo ieſus ad eū niſi ſigna ⁊ ꝓdigia videritiſ ñ creditiſ

Erat q̄daꝫ regulꝰ Joh. iiij. Mat. viij. Lu. vij. Miraculū hoc fecit xp̄s Anno eius. xxxi. vi. kal̄. nouembꝛis. feria. ij. luna. xix. inditōe. v. Añ initiū illiꝰ euangelij ſcribit. s. Johes in eo. cap̄. quō xp̄s ſedens loquebat̄ mľieri poſtmodū exierunt ſamaritani de ciuitate ⁊ rogauerūt eū vt ibi maneret. ⁊ māſit ibi ꝑ duos dies. ⁊ mľti ex ſamaritanoꝝ ciuitate crediderūt in eū di. Quia hic ē vere ſaluatoꝛ mundi. Et poſt duos dies exijt inde ⁊ abijt in galyleā. ip̄e eñ ieſus teſtimoniū ꝑhibuit. q̄ꝛ ꝓpheta in ſua patria honoꝛē nō haberet. Cū ḡ veniſſent in galyleā acceperūt eū galylei cū. oīa vidiſſēt q̄ fecerat hieroſolymis in die feſto venit ḡ ih̄s iteꝝ in chana galylee vbi fec̄ ex aq̄ vinū (Erat q̄dā regulꝰ) Ly. nō accipit̄ h̄ regulꝰ ꝓ ꝑuo rege. vt videt̄ nomē ſonare. q̄ꝛ romani volentes frangere iudeoꝝ ſupbiā abſtulerūt ab eis regiā dignitatē regnū iudee in quatuoꝛ retrarchias diuidentes p̄cauere volentes eoꝝ rebellionē vñ ꝓ illo tp̄e nullꝰ rex erat ī iudea. Dicit̄ ergo iſte regulꝰ. q̄ꝛ erat officialꝰ impatoꝛꝭ deputatꝰ ad cuſtodiā galylee. ꝓpter qō manebat in capharnaū q̄ erat metropolis illius terre. ⁊ diſtat tribꝰ dietis a hirľm. Notandū ꝙ ſicut dicit Tho. iſte regulꝰ interfuit miraculo facto in nuptijs qñ xp̄s aquā in vinum mutauit. q̄ꝛ tunc credidit ſ; tñ xp̄i diuinitatē nō ꝑfecte agnouit. Et ad hoc innuendū euāgeliſta illud miraculū rememoꝛat dic̄. Uenit iterū ieſus ī chana galilee vbi vinū ex aqua fecit (⁊ erat q̄dā regulus cuiꝰ filiꝰ infirmabat̄ capharnaū) Ly. ⁊ lꝫ eēt gentilis viſis ⁊ auditis miraculꝭ xp̄i. ſperauit ab eo ſanitatē impetrare filio ſuo. Jō ſequit̄. (Hic cū audiſſet) ꝑ famā q̄ p̄currebat aduentū eiꝰ in omnē regionē galylee (q̄ꝛ ieſus veniret a iudea in galyleā abijt ad eū ⁊ rogabat eū) inſtant̄ ⁊ hūiliter flexis genubꝰ cōploſis manibꝰ ꝓfuſis lachꝛymis (vt deſcēderet) q̄ꝛ capharnaū erat in valle ſita reſpectu chana galylee in qua erat xp̄s (⁊ ſanaret filiū eius. incipiebat enim moꝛi). i. ſigna vicine moꝛtis in eo apparebant (dixit ergo ieſus ad eū. niſi ſigna ⁊ ꝓdigia videritis nō creditis) nō eñ reprehendit eum de petitione ſalutis filij ſui. ſ; de defectu fidei. q̄ꝛ nō credidit plene ſ; ſemiplene. Credidit eñ in xp̄o eē virtutem. ſ. ad ſanandū filiū. ſ; nō credidit ī eo eē diuinitatē ꝑ quā ē vbiq; ⁊ vbiq; p̄t ſanare. Unde fides fuit qñ petijt ſaluteꝫ ſ; defectꝰ fidei qñ req̄rebat p̄ñtiā xp̄i coꝛpoꝛalē ex quo ptꝫ ꝙ nō credidit xp̄m eſſe verum deuꝫ. q̄ꝛ ſi credidiſſet ꝙ deꝰ vbiq; preſens eſſet ꝑ p̄ſentiā maieſtatis ſui. nō dixiſſet deſcende. ſed dixiſſet cum centurione. dic verbo ⁊ ſanabitur puer meus.

Dixit ad eū regul⁹. Dñe de ſcende priuſq̄ moriat̄ filius me⁹. dicit ei ieſus. Uade fi lius tu⁹ viuit. Credidit ho mo ſermōi quē dixit ei ieſus et ibat. Iā aūt eo deſcēdēte ſerui occurrerūt ei ⁊ nūcia uerūt dicētes. q2 filius eius viueret. Interrogabat aūt horā ab eis in qua meli⁹ ha buerat. Et dixerūt ei q2 heri hora ſeptima reliq̄t eū febriſ Cognouit ergo pater q2 illa hora erat in q̄ dixit ei ieſus. filius tu⁹ viuit. Et credidit ip̄e ⁊ dom⁹ ei⁹ tota.

Dñica. xxij. poſt octauas pēthecoſtes. euangeliū ſm̄ Matheum. xviij.

# In illo tempore

dixit ieſus diſcipul̄ ſuis. Simile ē regnū celorū homi regi qui voluit rationē pone re cū ſeruis ſuis. Et cū cepiſ ſet rationē ponere. oblat⁹ eſt ei vnus q̄ debebat decē mi lia talēta. Cū aūt n̄ hēret vñ redderet iuſſit eū dñs ei⁹ ve nūdari ⁊ vxorē eius ⁊ filios et oīa q̄ habebat ⁊ reddi.

(Dixit aūt ad eū regul⁹. dñe deſcē. priuſ q̄ mo. fili⁹ me⁹) Tho. Manifeſtat igr̄ re gul⁹ hic incredulitatē ſuā. Rogat em̄ vt deſcēdat priuſq̄ fili⁹ ei⁹ moriat̄ q̄ſi xp̄us poſſet ſanare infirmū ſ3 nō ſuſcitare defū ctū. Ly. verūtn̄ q2 ex de uotione repetit petiti onē ſuā dicēs. dñe de ſcende. idō exaudit̄ a xp̄o. Uñ ſequit̄ (dicit ei ieſus vade) letus in domū tuā (q2 fili⁹ tu⁹ viuit) .i. pfecte ſanita ti reſtitut⁹ ē de ianuis mortis. q2 incipiebat mori. vñ Criſ. Chriſt⁹ ad domū reguli ire no luit: ſ3 abſens ſanauit filiū ei⁹ vt p hoc magl̄ declararet diuinitatē ſuā. ⁊ ſicut regulū illu minaret ad verā fidē (credidit hō ſermoni quē dix. ei ieſ. ⁊ ibat) Ly. q2 fides requirit̄ ad obtinendū dei bñfi cia. (iā aūt eo deſcēdē te ſerui occurrerūt ei ⁊ nunciauerūt dicentes q2 fili⁹ ei⁹ viueret). ſ. cō gaudēdo ip̄i (inter rogauit aūt horam ab eis in qua melius ha buerat) hoc fec̄ ad cer tificationē miraculi re ſpectu ſui. Et etiam vt ſerui ⁊ aſtantes agno ſcerent virtutem xp̄i: (⁊ dixerunt ei. q2 heri ho. ſep. reli. eū febriſ) Uñ Criſ. Repente di miſit eū febris totalr̄: vt appareret nō eē na turalis cōualeſcentia. Ex hoc etiā famulos ip̄iuſ reguli ſuſcitauit ad fidē. q2 ſubito vide rūt eū ꝯualuiſſe quod natura facere nō pōt. (cognouit ḡ pa. q2 illa ho. erat in q̄ dixit ei Ieſus, fi. tu⁹ viuit) Referēs ꝟbū ſuū ad ꝟbū xp̄i. ⁊ horā imꝑantis ad horā re cepte ſanitatl̄ (⁊ credi. ip̄e ⁊ do. ei⁹ tota) Ly. ad hoc em̄ factū eſt illud miraculū vt iſte regul⁹ gentilis cū familia ſua crede rent in xp̄m. Tho. xp̄s nō ſolū ſanauit fi liū reguli ab infirmita te ſ3 ip̄m regulū ⁊ totā ei⁹ familiā ab infideli tate. q2 credidit ip̄e et dom⁹ eius tota.

(S)imile eſt re gnū celoꝝ ho mini regi ⁊c̄. Math. xviij. Hyſtoria hui⁹ euāgelij facta eſt Anno xp̄i. xxxij. vi. kal̄ ſeptēbris. luna. xij. fe ria. v. inditiōe. v. An te initiū illi⁹ euāgelij dixit petrus ad ieſum Dñe quotiēſ peccabit in me frater me⁹ ⁊ di mittā ei: vſq̄ ſepties. dixit illi ieſus. Nō di co tibi vſq̄ ſepties ſed vſq̄ ſeptuagieſſepties (ideo aſſimilatū eſt re gnū celoꝝ) Ly. i. ſtat⁹ eccl̄ie militantis (hoī regi). i. xp̄o q̄ eſt ver⁹ hō ⁊ verus de⁹. rex re gū ⁊ dñs dñantiū. (q̄ voluit rōnem po. cum ſer. ſuis). i. rōnem exi gere de factis huma nis (⁊ cū cepiſ. rōnem po. obla. ē ei vn⁹ q̄ de be. ei de. milia talēta) Ly. i. obligat⁹ ad ma gnā penā ꝓpter multa pctā (cū aūt nō ha. vñ redderet) Hoz. i. cū vi ribus ſuis ſatiſfacere nō valeret. hō em̄ p ſe pōt ruere. ſ3 nō p ſe re ſurgere. (iuſſit eū dñs venūdari) q̄tū ad ani mā (⁊ vxorē) q̄tū ad corp⁹ (⁊ filios) q̄tum ad opa (⁊ oīa q̄ habebat) q̄tū ad tp̄alia (⁊ reddi) Nā iſta oīa venundant̄. i. per

ꝑcidens aũt ſeruus ille.
rogabat eũ dicẽs. patientiã
habe in me ⁊ oĩa reddã tibi
Miſertus aũt dñs ſerui illi⁹
dimiſit eũ ⁊ debitũ dimiſit ei
Egreſſus aũt ſeruus ille. in
uenit vnũ de cõſeruis ſuis.
ꝗ debebat ei centũ denarioſ
et tenẽs ſuffocabat eũ dicẽs
Redde qđ debes ⁊ ꝓcidẽs
conſeru⁹ ei⁹ rogabat eũ di:
cens. Patientiã habe in me
et oĩa reddã tibi. Ille aũt
noluit ſed abijt ⁊ miſit eum
ĩ carcerẽ donec redderet de
bitũ. Vidẽtes aũt conſerui
eius ꝗ fiebãt. contriſtati ſũt
valde ⁊ venerũt ⁊ narraue
rũt dño ſuo oĩa ꝗ facta fu
erant. Tunc vocauit illũ do
min⁹ ſu⁹ ⁊ ait illi. Serue ne
quã oĩe debitũ dimiſi tibi
qm̃ rogaſti me. Nõne ergo
oportuit ⁊ te miſereri cõſer:
ui tui ſicut ⁊ ego tui miſert⁹
ſũ. ⁊ iratus dñs ei⁹ tradidit
eũ tortoribus quouſqꝫ red/
deret vniuerſũ debitũ. Sic
et pater meuſ celeſtis faciet
vob̃ ſi ñ remiſeritiſ vnuſqꝫ

pctm̃ mortale auferunt (ꝓcidens autem
ſeruus ille rogabat eũ dicens. Patienti
am habe in me) dando locũ ⁊ tp̃s penitẽ
tie (⁊ oĩa reddam tibi) ꝑ opa pnĩe ſatiſfa
ciendo iuxta poſſe (miſert⁹ aũt dñs ſerui
illi⁹) qꝛ miſericors et
miſerator dñs (dimi/
ſit eũ) Gor. liberũ a ca
ptiuitate culpe (⁊ de/
bitũ dimiſit ei.) Unde
Criſo. vide miãm dei.
petierat dilationẽ ⁊ ac
cepit oĩm peccatoꝝ re
miſſionẽ (egreſſus au
tẽ ſeru⁹ ille). ſ. a facie
dñi ſui ꝑ recidiuũ pctĩ
(inuenit vnũ de cõſer
uis ſuis) Ly. i. de ho/
minib⁹ ꝗ ſũt ſꝫm di cũ
xp̃o (ꝗ debebat ei cen
tũ denarios). i. modi/
cũ eũ offendebat. quia
offenſa in hoĩem mo/
dica eſt reſpectu offen
ſe cõmiſſe in deũ (⁊ te
nens ſuffo. eũ) Ly. id
eſt ſtrãgulabat (dicẽs
redde qđ debes) Lyr.
in quo oñdit auſteri/
tas in repetendo vin/
dictã a primo (⁊ ꝓci/
dens cõſer. ei⁹) Gor.
ideo debuit miſereri.
qꝛ ꝓcidit. ⁊ qꝛ ſeruus
eiuſdẽ dei fuit (roga/
uit eũ dicens Patien
tiã habe in me ⁊ oĩa
reddã tibi) Lyra. q. d.
Parat⁹ ſum ſꝫm poſſi
bilitatẽ meã ſatiſface/
re tibi (ille aũt noluit
ſꝫ abijt ⁊ miſit eũ in car
cerem donec redderet
debitũ) Ly. in quo no
tat crudelitas in mo/
do repetendi vindictã
(videntes autem con
ſerui eius) Gloſa int
lin. id eſt angeli qui referunt ad deum ge
ſta hominũ. vt patet Apoca. xxij. Conſer
uus tuus ⁊ fratrum tuorum (ꝗ fiebant)

omnia eniꝫ opera ꝗ agim⁹ ⁊ ſupplicia que
patimur vident (contriſtati ſunt valde)
Glo. ꝓpter afflictionem xp̃iani. Notan/
dum ꝙ angeli contriſtant ad culpã ⁊ le/
tant ad penitentiam. vt patet Luce. xv.
Gaudium eſt angelis
dei ſuper vno peccato
re pniãʒ agente ⁊c. (⁊
venerunt ⁊ narrauert
dño omnia que facta
fuerant) ſcʒ querimo/
niã de perſecutoribus
proponendam (tũc vo
cauit euʒ dominus ſu
us) Lyra. iſta vocatio
fit in morte vbi de om
nibus reddemus rati
onem (ſerue neqꝫ oĩe
debitum dimiſi tibi.)
Ly. id eſt magnã offẽ/
ſam in me commiſſam
(qm̃ rogaſti me. Non
ne ergo oportuit ⁊ te
miſereri cõſerui tui.)
parua remittendo (ſi/
cut ⁊ ego tui miſertus
ſum. ⁊ iratus domin⁹
eius tradidit eũ torto
ribus) Ly. id ẽ demo/
nibus qui in hoc exe/
cutoreſ ſunt diuine iu
ſticie (donec redderet
vniuerſum debitum)
Gorra. id eſt imperpe/
tuum quia ibi non eſt
locus redemptiõis vł
ſatiſfactionis. ſed con
demnationis (ſic ⁊ pa
ter meus ctleſtis faci/
et vobis ſi non dimiſe
ritis vnuſquiſqꝫ fra/
tri ſuo) Unde Hiero/
nymus. Formidoloſa
ſententia ſi parua fra
tri non dimittim⁹ ma/
gna nobis a deo non
dimittuntur. Uñ Gre
gorius. Conſtat ex tã
dictis ꝙ ſi hoc quod in nos delinquit ex
corde nõ dimittim⁹ illud a nobis ꝑ peni/
tentiam dimiſſum fuiſſe non gaudeam⁹.

(ex cordibꝰ veſtris)q2 nõ ſufficit ore di/
mittere ſolũ.ſꝫ ⁊ corde.Un̄ Hay.ſuꝑ ma/
theũ.Nihil ꝓdeſt ore dimittẽ ꝗ ſuat ira
cundiã in mente.Un̄ circa pn̄s euange/
liũ vbi dicit.Miſertꝰ aũt dn̄s ſerui illiꝰ
dimiſit eũ ⁊ debitũ di/
miſit ei.Querit̃ vtrũ
deꝰ ſit magis miſeri/
cors ꝗ̃ iuſtus vel ecõ/
uerſo.Reſpõdet̃ ꝙ de
us ſicut eſt miſericors
ſic ⁊ iuſtꝰ ⁊ ecõuerſo.
Tamẽ miſericordie ef
fectꝰ plus in nobis re
lucet ꝗ̃ iuſticie.⁊ ideo
q2 deꝰ ꝑcit in ſe peccã
tibꝰ.⁊ miſericordia eꝰ
a ꝓgenie in ꝓgenies
⁊ quia effectꝰ miſericordie magis relucet
ꝙ iuſticie. ideo deꝰ dr̄ nobis magis miſe
ricors ꝗ̃ iuſtus ⁊c̄.Nec mirũ ſi deꝰ modo
ſit miſericors.Habet eĩ triplex foꝝ.Unũ
eſt in pn̄ti vita totiꝰ miſcdie. q2 modo mi
ſericordia audit cauſas.⁊ iuſticia facit fe
rias.Un̄ Eſaie.xvi.Preparabit̃ in miſe/
ricordia ſoliũ eius. Ideo oẽs cauſas iu/
ſticia mittit ad thronũ gr̃e. Un̄ ad Hebre
os.iiij.Adeamꝰ cũ fiducia ad thronũ gr̃e
eius vt miſericordiã cõſequamur. Aliud
foꝝ erit ĩ iudicio extremo. qd̄ erit pure iu
ſticie.vbi iuſticia audit cauſas ⁊ miſcdia
facit ferias.Et ideo miſcdia oĩs cauſas
deinceps remittit ad ſoliũ iuſticie. Unde
Eſa.ix.Suꝑ ſoliũ dauid ⁊ ſuꝑ regnũ eius
ſedebit vt cõfirmet illud et corroboret in
iudicio ⁊ iuſticia amodo ⁊ vſqꝫ in ſempi/
ternũ.Terciũ forũ erit in purgatorio qd̄
eſt foꝝ mixtũ.quia ibi erit iuſticia ꝗ penã
infliget.⁊ miſcdia ꝗ gloriã dabit.Un̄ pſ̃.
lxxxviij.Miſericordia et veritas p̄cedent
faciẽ tuã.⁊ ibi exiſtẽs dicere põt illud pſ̃
c.miſericordiã ⁊ iudiciũ cantabo tibi dn̄e
⁊ duo hec audiui.quia ptãs dei eſt.⁊ tibi
dn̄e miſericordia.quia tu reddes vnicui/
qꝫ iuxta opa ſua ⁊c̄.ſequit̃.Donec redde
ret vniuerſuꝫ debitũ.Ubi notandũ ꝙ du
pliciter dicunt̃ pctã redire.Primo ꝙ nõ
redeant ꝗ̃tũ ad maculã vel reatuꝫ.ſꝫ ꝗ̃tũ
ad ingratitudinẽ qui eũ poſt acceptã re
miſſionẽ ad peccatũ vadit grauius delin
quit. q2 ingratus tãto beneficio exiſtit.et
ista ingratitudo pctĩ recidiuantis aggra
uat ꝙ penam peccatoꝝ preteritoꝝ videt̃
ſecũ reducere.Unde dr̄ in decretl.Itera/
tio culpe inducit aggrauationeꝫ pene.ij.
q.viij.Hi ꝗ.Secũdo dicunt̃ redire ꝗ̃tuꝫ
ad penã ſubſtantialeꝫ
Sicut enim in celo eſt
vnꝰ denariꝰ.i. vna be
atitudo ſbſtantial.li/
cet vnꝰ magl altero ꝑ
cipiat.Un̄ de hoc dicit
apl's.Sicut ſtella dif/
fert a ſtella in clarita/
te ⁊c̄.Un̄ ẽt magiſter
ſententiaꝝ lib.iiij.diſ.
xlix.dicit.electꝰ ab ele
cto differt in claritate
mentis ⁊ corporis.vn̄
etiã Johannis.xiiij.In domo patris mei
manſiones multe ſunt ⁊c̄.Sic in inferno
eſt vna pena ſubſtãtialis ꝑ modũ damni
ſcꝫ carentia viſiõis diuine. Alia ꝑ modũ
ſenſus.ſ.vermis ⁊ ignis.Et vtraqꝫ pena
debet̃ ꝓ quolibet peccato mortali.ſ.plꝰ
vl' minꝰ.dicunt̃ ꝗ peccata redire. q2 reci
diuãti eadẽ pena debet̃ genere. ꝗ priꝰ lꝫ
ſit maior Sic dic btũs iacobꝰ.ij.ca.Qui
in vno offendit factꝰ eſt omniũ reus.

ffi ſuo de cordibus veſtris.
Dominica.xxiij.pꝰ octa.
penthecoſtes.Euangeliuꝫ
ſm Matheũ.xxij.
In illo tem/
pore.Abeuntes pha
riſei ꝯſiliũ inierũt vt caperẽt

Beuntes phariſei inierũt cõſiliũ
a Math.xxij.Mar.xij.Lu.xx.Hãc
hyſtoriã dixit dn̄s anno eꝰ.xxxiij
xi.kal.april.feria.iij.luna.xij.inditõe.vi
Un̄ initiũ illiꝰ euange.ſcribit.s.Matheꝰ
in p̄cedenti cap̄.ꝙ xp̄s loquebat̃ princi/
pibꝰ iudeoꝝ ⁊ phariſeis ꝑabolã iſtaꝫ di.
Hõ paterfamilias plantauit vineã ⁊ loca
uit eã agricolis.Cũ aũt tp̄us fructuũ ap
propinquaſſet miſit ſeruos ſuos ad agri
colas vt acciperent fructꝰ eiꝰ.Et agrico
le app̄henſis ſeruis eiꝰ aliũ ceciderũt ali
um occiderunt aliũ ꝟo lapidauerũt.No
uiſſime miſit ad eos filiũ ſuũ dicens.Ue
rebunt̃ forſitan filiũ meuꝫ.Agricole ꝟo
app̄henſum eũ eiecerũt extra vineã ⁊ oc/
ciderũt.Et cũ audiſſent principes ſacer/
dotũ ꝑabolã iſtã ꝯgnouerũt q2 de ip̄is di
ceret.Et q̄rentes eũ tenere timuerũt tur/
bas q2 ſicut ꝓphetã eã habebãt: ⁊ relicto
eo(abeuntes phariſei)Un̄ Chriſ.ab ip̄o
xp̄o(cõſiliũ inie.vt ca.ieſum in ſmone.)
Ly.q2 nõ poterant eũ cape in malo oṗe.

Et qꝛ facili⁹ capit̃ hō in xbis q̃3 in fact̃ (⁊ mittūt ei diſci. ſuos) Ly. q̄ſi hoīes ſibi incognitos ſm eſtimationē eoꝝ: vt corā ipis audati⁹ loqueret̃. laxaret linguā ad aliq̄d dicendū vñ poſſet capi in xbis. (cū herodianis) Lyr.

Hanc aūt queſtionē malicioſe ꝓponebāt xp̄o. Cogitauerunt em̄ intra ſe: aut rñdebit ꝓ nobis. aut ꝓ ceſare aut oīno tacebit. Si rñdebit ꝓ nobis ꝙ nō debem⁹ ſoluere tributū. tunc incurrit indignationē

iſti herodiani erāt milites herodis q̄ interfecit iohannē baptiſtā ⁊ venerat ad diē feſtū in irl'm qꝛ iſta queſtio fuit facta feria. iij. ante paſſionē xp̄i. Et de herode legitur: ꝙ ipe erat ꝓ tunc in ierl'm in die paſſionis xp̄i qꝛ venerat in hierl'm ꝓpter ſolennitatē paſchale3 Sic ergo militeſ herodis miſſi ſunt cū diſcipulis phariſeoꝝ vt diſcipuli phariſeoꝝ poſſent eū capere in ſmone. ⁊ milites herodis ſtati3 caperēt eū vt puniret̃ in corpore. Sic ꝫ patet q̄liter malicioſe agebant ꝯ eum ſibi adulādo vt facili⁹ inducerent eū ad dicendū aliq̄d cōtra ptātem ceſaris (dicentes ma. ſci. qꝛ verax es ⁊ viam dei in veri. doces) Li. ſc3 ī ſana doctrina. (⁊ nō eſt tibi cura de aliq̄ nō em̄ reſpicis pſonaꝝ hoīm) q. d. nō dimittis timore cuiuſcūq3 hoīs etiā impatoris dicere veritatē (dic ergo nob̄ q̄d tibi videt̃ lic3 cenſū dare ceſari an nō) Beda in omelia p̄ſentis euangelij diſſentio erat in ppl'o iudeoꝝ. Aliq̄ dicebant illicitū eſſe iudeis ꝙ ſibi recognoſcerent habere aliquē dñm in terris ſ3 ſolū deū q̄ eſt in celis. idcirco nō eſſe licitū dare cenſum ceſari q̄ dant decimas. victimas ⁊ oblatiōes deo celi. Ecōtra aūt alij aſſerebant ꝙ erat dare licitū tributū romanis. qꝛ ꝓ defenſione patrie ⁊ terre militabant ⁊ ab hoſtib⁹ ⁊ latronibus defendebant: ⁊ pacem inter hoīes cōſeruabāt

ieſū in ſermōe. Et mittūt ei diſcipulos ſuos cū herodianis dicētes. Magiſter ſcim⁹ qꝛ verax es ⁊ viā dei in veritate doces. ⁊ nō eſt ibi cura de aliquo. Nō enī reſpicis pſonā hominū. Dic ergo nobis quid tibi videt̃. licet cenſum dare ceſari an nō. Cognita aūt ieſus nequicia eorū dixit. Quid me tēptatis hypocrite. oſ̄dite mihi numiſma cēſus. At illi obtulerūt ei denariū. ⁊ ait illis ieſus cui⁹ ē imago hec ⁊ ſupſcriptō Dicūt ei ceſaris. tūc ait illis. Reddite ergo q̄ ſūt ceſaris ceſari ⁊ q̄ ſūt dei dō.

**Dñica. xxiiij. p⁹ octa. pentheco. Euā. ſm Math. ix.**

**N illo tēpore**

